

¶ Approbantur autem magis enthimemata elentica q̄ ostensiuā: quia collectio q̄dez contrariorum in vno est elenticuz enthimema. Que autē secus sincere manifesta sunt magis auditori.

¶ Comparat enthimemata elentica z ostensiuā. Et duo facit: qz primo dat oriam inter ea dicēs: qz enthimemata elentica magis approbant q̄ ostensiuā: qz in vno syllo elentico est collectio oriorum: talē collectionē orioruz vocat elenticum: enthimema magis p̄bat ad arguēdū: qz est magis manifestū: z magis auget. Enthimemata aut ostensiuā: que possunt secus sibi inuicē: eo qz cōcludunt alteram partē contradictiōis sunt manifesta auditori: ita non sunt ita approbata: nec ita decipiunt auditorem. **¶** Deinde cum dicit.

¶ Omnium etiam elenticozum: z ostensiuorum syllogismozum turbant maxime: que talia quecunqz incipientia prouident: non sufficiterens eē. Simile. n. vt ipsi in seipsis gaudent p̄sentientes: z quecunqz tantū tardāt: vt simul cum dictis cognoscantur.

¶ Dat oriam inter ostensiuā z elentica dicens: qz si enthimemata sunt de nūero elenticoz: siue ostensiuoz: z in b̄ pueniunt qz turbant respondentē: si sunt talia: qz a p̄nō non sunt: p̄uideri sufficienterens: ita qz statim appeat quid virtutis sit in eis. Addit autē: qz ipsi auditores in seipsis gaudent: quando p̄sententiūt enthimemata: q̄ tātum turbant: qz simul cum dictis cognoscantur: q̄ n. in principio non potest cognosci intentio dicentis finis tamen dicti a deo aperit intentionem dicentis: qz tota virtus sermonis sit simul cognita: auditores huius sermonis gaudent: qz sic simul veritatem cognoscunt.



D intelligentiā dictoz notādū: qz rhetor eo qz considerat negociū cōe applicatum ad mores: sic p̄t considerare locos sp̄ales cōuenientes cuiuslibet negotio rhetorico: z qz nō p̄t dyalecticus sic locos cōes: quos considerat: non opz omnes esse ita cōes: sicut sunt loci dyalectici. Est ergo rhetorica affectiua dyalectice: qz est quedam dyalectica: propter quod dicere possumus qz quodāmodo dicit dyalectica: z est sp̄alior ea. Est tñ sp̄es cōsor specialibus artib⁹: ideo licet ad sp̄ales artes fm qz h̄mōi nō spectat assignare locos cōes. potest tñ rhetor: eo qz dicit a dyalectico: assignare magis locos sp̄ales q̄ dyalecticus. Nō est ergo mirandū si aliquos locos assumit rhetor: quos assumit dyalecticus: vt locos assumit a maiori z minori: z a contrarijs: z h̄mōi: qz vt dicit: rhetorica est affectiua dyalectice. Nec est etiam mirandum: si aliquos locos ponit rhetorica: quos ponere non spectat ad dyalecticum: z qz nō sunt ita cōes: vt loci dyalectici: qz vt dicebatur rhetorica a dyalectica deficit: z est quodāmodo infra dyalecticas. Dicunt ergo loci assignati esse cōes: non qz omnes sint ita cōes: vt loci dyalectici: sed cōmunes appellati sunt: qz singuli sunt aliquo modo adaptabiles ad plura negotia politica. Verum qz vt dicebatur aliqui sunt magis proni adaptabiles vni negotio q̄ aly: ideo assignati loci aliqui dicebantur deliberatiui: aliqui exclamatiui: aliqui iudiciales. Attamen cum ponebātur loci vni us negotij: aly negotio adaptari possunt: immo quia si cut aly loci sunt magis prompte vni negotio q̄ aly: ita aliqui loci sunt magis prompte adaptabiles pluribus

negocijs q̄ aly: ideo in aliquibus locis vni us negotij fit mentio de alio negotio: z non in omnibus: quia omnes loci sunt ita p̄p̄e adaptabiles pluribus negocijs q̄ aly. **¶** Notandum autem: qz sequendo diuisionem quam fecimus: possumus dicere locos assignatos esse triginta: quozum. xij. sunt deliberatiui. viij. exclamatiui: z. x. iudiciales. Deliberatiui sunt autē bi. Primus est locus a contrarijs. Secundus a similibus casibus. Tertius ab habitudine actiuozum. Quartus a maiori. Quintus a minori. Sextus a diuersitate t̄pis. Septimus a diuersitate p̄sonaz. Octauus a diffinitione. Nonus a diffinitiuo. Decimus a diuisione. Undecimus ab inductione. Duodecim⁹ ab auctoritate: siue a iudicio. **¶** Loca exclamatiui sunt bi. Quoz primus est ab actib⁹. Secundus a consequentys q̄buscūqz. Tertius a cōsequēty oppoſitis. Quartus ab inopinatis. Quintus a p̄p̄ortione. Sextus a consequentys eiusdem. Septimus a diuersitate electiōis. Octau⁹ a fine loci. **¶** Iudiciales aut sunt bi. Quozum primus est a prouocantibus. Secundus ab incredibilibus. Tertius ab icōfessis. Quartus inopinabilem. Quintus a causis simpliciter. Sextus ab actiōibus melioribus. Septimus ab actiōibus contrarijs. Octauus ab actionibus repugnātib⁹. Nonus ab actionibus annexis. Decimus a nomine. **¶** A contrarijs autē sic hortamur z debortamur. Si habere pacem est bonum: bellare est malū. Et destructiue. Si habere pacē non est bonum: bellare non est malū. Maxima talis. Si propositum in proposito: z oppositū in opposito: si in proposito non est propositū: nec in opposito oppositum. **¶** A similibus casibus sic. Si iustū est bonū: z quod fit iuste fit bene. Et destructiue. Si iustum non est bonum: quod fit iuste non fit bene. Maxima talis. De similibus casibus idē est iudiciū. **¶** Ab habitudine actiuoz ad passia. Si inimici nostri iuste patitur: nos iuste punimus eos. Maxima talis. De similib⁹ habitib⁹: de actiuis z passiuis idē ē iudiciū. **¶** A maiori arguimus sic. Si maiores nobis nō poterūt vincere ciuitatē: nec nos vicemus. Maxima talis. Qd nō potest maius nō p̄t minus. **¶** A minori sic. Si minores nri debellauerāt castrū: nos debellabim⁹. Maxima talis. Qd p̄t min⁹: p̄t maius. **¶** A p̄sideratōe t̄pis sic. An q̄ seruirem⁹ regi: nihil nobis p̄misi: seruiedo ei nihil nobis dabit. Maxima talis. Si aīcedētia nō aīcedunt: nec p̄sa p̄sequūt. **¶** A p̄dōne p̄sonaz. Si viliior nō forefacit: nec melior forefaciet. Maxima talis. Qd cūqz forefactū remouet a villiori: remouebit a meliori: vel in quo nō forefacit vllior: nec melior. **¶** A diffōne sic. Iste fecit ḡnosa. ḡ est generosus. diffō. n. z notificatio generosi est factio generosoz ope p̄. Maxima talis. Cui cōpetit distinctio z diffinitū: z a quo remouet diffō z diffinituz: Sic a diffinito possem⁹ arguere: est ḡnosa. ḡ facit opa ḡnosa: nō est generosus. ḡ nō agit generosa. Maxima talis. Cui p̄petit diffinitū: z diffō: cui nō p̄petit diffinituz: nec diffinitio. **¶** A diffinitiuo sic. Ut si bonū est diffinitiuū honesti: bonū est honestum. z si diffinitiuum boni nō est honestū. ḡ bonū nō est honestū. **¶** Locus a diuisione. Maxima talis. De quo p̄dicat diffinituz z diffinitū: debemus. n. tale diffinitiuū accipe: qd cū diffinito cōcomitat. aliter. n. nō possemus arguere cōstructiue z destructiue. **¶** A diuisione sic. Quicūqz iniuriat vel est auarus: vel est supbus: vel est odiēs. hic iniuriatur: z nō est quarus: nec supbus. ḡ est odiēs. **¶** Locus a diuisione: siue a p̄rib⁹ sufficiēter enumeratis. Maxima talis. Quicquid conuenit alicui diuiso: necesse est conuenire alicui diuidētū. **¶** Ab inductione sic. Maxima

Rheto.

mater iuravit p filiū: y menia p filiū: z sic d singulis, ergo ois mater iuravit: z determinat: qd verū est p filius suū. Locus ab iductiōe. Maxima talis. Qd verificat de omnibus particularibus simul sumptis: verificatur de ipso vniuersali iudicio: si omnes: aut plurimi: aut sapientes: aut boni: aut dy: aut diuini: filij: aut patres: aut doctores iudicāt virtutes eē seqndas. g debem⁹ eas se g. Maxima talis. Qd vř eis: quoz iudicio stādū ē: est iudicandū sic eē. Post locos deliberatiuos sequunt exclamationi. hi de facili sumi pāt: si videātur exempla posita in littera. z modum quem tenuimus in assignando locos: ideo in locis sequentibus tam exclamatiuis q̄ iudicialibus solū maximas assignauerim⁹. ¶ Prim⁹ locus exclamatiuus est ab artibus: siue operibus suis: quia ex vno malo actu arguimus plura mala: ex vno bono plura bona. Maxima talis. Qui fore facit i vno: si possit: signū est: q̄ fore faceret in multis. z qui bene se gerit in vno: signū est: q̄ bñ se gerat i multis. ¶ Ali⁹ a p̄sentis diuersis: cū ex eodē diuersa sequuntur. Nā qñ ex eodē diuersa sequunt: possum⁹ ex illo diuersa exclamare: vel diuersimode exhortari: vel iudicare. Pz volūt ad talē locū adaptare diuersa negocia. Maxima talis. Qd de ante pcedit: de psequēte cōcedit. ¶ Tertius est a consequentijs oppositis: quia ex eodē aliquo mō possunt sequi opposita. Maxima talis. Si ex eodē sequuntur opposita: sic ex illo possumus opposita exclamare: vel p̄suadere. ¶ Quartus locus ab iopinatis: cū aliquis ostendit aliquid esse contra opinionem occultā. vel manifestam. Maxima talis. Non est loquēdū quod est opinioni contrariū. ¶ Quintus a proportiōe cum aliqua proportionaliter se habēt. Maxima talis. Proportionalitius idem est iudiciū. ¶ Sextus a p̄sentis ex eisdem: cum ad aliqua idē sequitur. Maxima talis. Quorum consequentia est eadem: de eis eadem debet esse sentētia. ¶ Septim⁹ ē aduersitate electionis: prout aliqui diuersa elegerunt in diuersis temporibus. Maxima talis. z⁹ q̄ aliqui diuersa eligūt: sic sunt diuersimode cōmendādi. ¶ Octauus loc⁹ vltimus est a fine: cū aliquis agit gratia alicui⁹ finis. Maxima talis. Cuius finis bonus est: ipsuz quoq̄ bonum est: vel cuius finis malus est: ipsum quoq̄ malum: oīa n. a fine sunt iudicanda. Luz ergo aliquis seruit alicui illud seruitium est iudicandū bonū vel malū. Pz q̄ seruans intendit bonū: vel malus finē. ¶ Utrū sufficiat ad hoc q̄ sit bonum: q̄ fiat bono fine: z bona intentione. non est p̄sentis speculationis. sed hoc spectat ad librum ethicorum. sufficit aut̄ rhetori persuasibiliter loqui. ¶ Loci aut̄ iudiciales assignabunt̄ decem: quozū vnus erat a puocantibus: cū alicui insunt puocātia ad aliquod negōcum: vt q̄ possit aliquid facere: z q̄ sit ei proficiū. Maxima talis. Luz puocantia ad sunt: p̄babile est puocātū adesse. ¶ Secundus locus ab incredibilibus: cum ex positione incredibiliuz arguimus remotionez credibiliū. Maxima talis. Si cōtingit multa incredibilia esse: contingit multa credibilia nō esse. Vel cū expositione vnus incredibilis arguimus positionē alterius. Maxima talis. Si aliqd̄ incredibile esse potest: z hoc lz sit incredibile esse pōt. ¶ Tertius ab inconfessis: cum aliquis accusat aliquem: qz qd̄ p̄fitetur verbis: non cōfiteatur factis: vel illud: qd̄ p̄fitetur vno tempore: non cōfiteatur alio. Maxima talis. Cuius vba discordant factis: vel verba verbis. dignum est q̄ eius eloquiuz contēnatur. ¶ Quartus a causis inopinabilibus: vt cū aliquis de aliquo inculatur: z ostendit inde esse inopinabile. Maxima talis. Posita cā inopinabilis

Liber

p̄tingit illud inopinabile eē. ¶ Quintus locus a causa cuiuscūq̄: vt ex causa arguimus aliquid quodcūq̄ sit illud. Maxima talis. Posita cā ponitur effectus: z remota remouet. ¶ Sextus est ab actiōibus melioribus: quia si potest aliquis ostendere: q̄ ipse cognoscat: q̄ potuit melius arguere q̄ illud: quod ei imponitur: signū est eum nō fecisse illud: quod ei imponitur. Maxima talis. Cōtingit quēlibet meliora eligere: si meliora cognoscat. ¶ Septimus locus ē ab actionibus p̄trarijs: cum aliquis inculat aliquem: z inculando implicat ipsum egisse contraria: hoc enim ipso ostendit suaz inculatorem esse nullam. Maxima talis. Non est recipiē da inculatio: si cōtingat eā contraria implicare. ¶ Octauus est ab actionibus repugnantibus: vt cum aliq̄s inculatur de aliquo negocio: si potest ostendere: q̄ fecit aliquid repugnans ei: signum est ipsum non fecisse illud. Maxima talis. Probabile est: q̄ nullus repugnantia operet. ¶ Nonus ē ab actionibus cōnexis: quia si aliquis cōmittit aliquod peccatum. signum est: q̄ committat illud: quod hz cōnexionem ad ipsum. Probabile n. est iuuentutem splendide vti venereis: z pauperē z luso eē esse furem. Maxima talis. Facientem antecedentia: probabile est ipsum cōnexa z consequentia operari. ¶ Vltimus locus est a nomine: z potissime valz iste locus: cū nomē est aduentiū. Multi. n. p̄pter aliqua que egerūt: adepti sunt nomē aliquod: z si illud nomē sonat in duritiē: possumus arguere ipm̄ esse duruz. si sonat audacem esse: possumus arguere ipsum esse audacem: z sic de alijs. Maxima talis. Probabile est sic aliq̄ez operari: put nomen per opera acquisiuit.



Noniam contingit hunc eē syllogismum: hunc autem non eē qdem: lz videri: sic necesse z enthimema: hoc quidem esse enthimema: hoc aut̄ non esse: sed videri autem: quoniam enthimema syllogismus quidam.

¶ In parte ista vt dicebat determinat p̄hs de locis ap̄parentibus: siue de enthimematib⁹ sophisticis. Et duo facit: qz primo ostendit: q̄ sicut in dyalecticis contingit esse syllogismos sophisticos: sic in rhetoricis contingit eē enthimema sophisticum. Scōda d̄rmiat d̄ h̄s loci sophisticis. Scōda pars ibi. (Loci aut̄ sophisticis sūt). ¶ Dicit ergo primo: q̄ sicut p̄tingit q̄ aliqd̄ sit syls. aliqd̄ vero non sit syls: sed videt̄ esse: sic est in enthimematibus: q̄ aliqd̄ est enthimema vey: z aliquid nō est enthimema: sed vř. Et est ratio: qm̄ enthimema est syls qdā. z rhetorica est dyalectica quēdam. Rōnabile ḡ ē q̄ sicut in dyalecticis distinguimus syllogismū verū z apparētē: sic in rhetorica distinguimus enthimema vey z apparens. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Loci autem sunt apparentium enthimematum: vnus qdam z qui penes dictionē: huius vna quidē pars: vt in dyalecticis non syllogizatum cōclusiue vltimū dicere. Nō ergo hoc z hoc necesse. ergo z hoc z hoc. ¶ Determinat de dictis locis. Ad cuius euidētiā notādū: q̄ locus: vt oñsum fuit in p̄ lib. est clemētū z p̄n⁹ enthimematis. Et qz p̄ncipiata ex p̄ncipio sumūt ortū: opz enthimemata bona h̄re bonos locos: z enthimemata sophistica h̄re locos defectuos. Sicut ergo in veris enthimematibus assignamus locum a maior

ri et a minori: per que rebozantur et entimematibus sophisticis assignamus equiuocationem amphibologiam: per que deficiunt. Sicut ergo loci assignati sunt loci entimematibus verorum: sic fallacie de quibus iterum possunt dici loci entimematibus sophisticorum. ideo in omni fallacia assignatur causa apparentie et defectus quia quodlibet entimema sophisticum deficit et apparet. Sicut ergo entimema non est ipse locus: sed sumit principium et originem ab ipso loco: sic entimema sophisticum non est ipsa fallacia: sed sumit principium et originem ab ipsa fallacia. ideo compositio et diuisio non est ipsum entimema sophisticum: quod peccat: sed tales fallacie sunt principia talium sophisticorum. In autem loci apparentium entimematibus: qui possunt dici fallacie diuiduntur: ut potest haberi a philosopho in libro elencorum: quia quedam sunt in dictione: que faciunt fantasiam et deceptionem secundum vocem: quedam vero sunt extra dictionem: secundum quas deceptio ex ipsis rebus potest contingere. Duo ergo facit philosophus: quia primo determinat de fallaciis in dictione. Secundo de fallaciis extra dictionem. Secunda ibi. (Alius ex signo in syllogizatus. n.) Fallacie in dictione secundum Alexandrum in commento super elencis diuiduntur: quia quedam peccant secundum multipliciter actualem: quedam secundum multipliciter fantasiam. Quae diuisio vtriusque bona sit qualiter: si contingeret nos scribere in logicalibus eam declarare intendimus: sequendo tamen diuisiorem predictam: quia sufficit in hac materia: ut spectat ad propositum: superficialiter loqui: possumus dicere: quod pars illa: in qua determinat philosophus de fallaciis in dictione: diuiditur in partes tres. quia per et 2^o determinat de huiusmodi fallaciis prout peccant secundum multipliciter actualem. Tertio prout peccant secundum multipliciter potentialem. Secunda pars ibi. (Est autem ad id: quod est locutio). Tertia ibi. (Alius diuisum componentem). Fallacia autem peccans secundum multipliciter fantasiam dicitur esse fallacia figure dictionis. De qua autem fallacia tripliciter potest contingere. Primo ex eo: quod variatur suppositio. Secundo ex eo: quod variatur predicatum. Tertio ex eo: quod variatur modus significandi. Suppositio autem variatur sicut si diceret. fortes est homo. homo est species. quod fortes est species. Et cum sic arguimus in ista fallacia: quodammodo arguimus in quatuor terminis: in quantum homo: quod est medium: aliam suppositionem habet in maiori. alias in minori: ideo medium est quasi duo termini: propter quod iste modus specialiter potest dici in syllogizatus: quia specialiter peccat contra de necessitate accidere: et non tenet figuram syllogisticam. Secundus modus contingit ex eo: quod variatur predicamentum: ut iudicamus. quod pati est agere: quia videre quod dicit quoddam pati est syllogismus terminationis ad facere et secare. Tertius autem modus contingit ex variatione modi significandi: ut interpretemur masculinum: femininum quia chatilina est velut musa: que est feminini generis licet non sit ita: sed magis sit e conuerso. videre. n. non significat pati: sed magis e conuerso: et chatilina non est feminini generis: sed opposita est masculini. omnes ergo modos figure dictionis possumus reducere ad duo vel ad in syllogizatum quantum ad variationem suppositionis: vel ad conuersam: et oppositam differentiam quantum ad variationem predicamentorum et modorum significandi. Duo ergo facit philosophus in determinando de ista fallacia: quia primo determinat de illo modo

quo: qui potest dici in syllogizatus. Secundo determinat de modo alio: qui potest dici conuersus et oppositus. Secunda ibi. (Et entimematibus conuersim). Dicit ergo: quod vnus locus de locis apparentium entimematibus est penes dictionem. id est penes figuram dictionis: et vna pars huius fallacie: siue vnus modus est sicut in dyalecticis vltimum conclusiue in syllogizatus dicere exponatur: ut expositum fuit. Et ponit exemplum dicens. vnde ergo. id est nunquam ergo si fortes est hoc. id est homo: et hoc. id est homo est species: necesse est quod et hoc. id est quod est fortes sit et hoc. id est sit species. quod non. Deinde cum dicit.

Et quod entimematibus conuersim et opposite dicere videtur entimema: talis enim locutio regio est entimematis: quod tale esse penes figuram dictionis.

Post illum modum figure dictionis: quod dicitur in syllogizatus. Assignat alium modum: quod dicitur conuersim et opposite dicere dicens: quod videtur esse alio modo entimema. id est in faciendo entimemata consueuimus dicere conuersim: et opposite exponatur: ut exponebatur. Addit autem: quod talis locutio est regio entimematis. regio enim est nomen loci. Dicitur est autem quod fallacia non est ipsum entimema sophisticum: sed est quidam locus: et quedam regio eius: siue bono ideo est quoddam principium: et quoddam elementum ipsius: locus enim videtur habere rationes principii respectu loci. Subdit autem: quod huiusmodi locus: et huiusmodi fallacia est illa fallacia: que dicitur esse penes figuram dictionis.

Notandum autem: quod potest aliter legi littera assignata: et potest totum: quod dictum est: referri ad amphibologiam: et non facere nouam fallaciam in littera sequenti: sed tamen sic diuidendo sicut diuisimus: completius habemus omnes fallacias. Deinde cum dicit.

Est autem ad id: quod est in locutio syllogistice dicere vtile: syllogismorum multorum capitula dicere: quod bos quidem saluauit: alios autem puniuit: grecos autem liberauit. Unumquodque enim horum ex alijs et alijs omnium sum est: compositis autem ex his fieri.

Determinat de fallaciis peccantibus secundum multipliciter actualem. Huiusmodi autem fallacie sunt due. quia huiusmodi multipliciter dupliciter esse potest in oratione. et tunc est amphibologia in dictione: et tunc est equiuocatio. Ideo duo facit: quia primo determinat de amphibologia. Secundo de equiuocatione. Secunda pars ibi. (Unum autem penes equiuocationem). In determinando autem de amphibologia non ponit modos eius: quod forte ideo fecit: quia ydes modi assignari possunt ad amphibologiam et ad equiuocationem: quia ut dicitur in primo elencorum tres modi sunt communes ad amphibologiam: et ad equiuocationem: cum ergo assignabit modos equiuocationis: assignabit modos amphibologie. In determinando autem de amphibologia docet nos quendam modum vtilem ad magis posse decipere secundum dictam fallaciam. Dicit ergo quod illud est entimema sophisticum secundum quod contingit syllogistice dicere in locutione: siue in oratione. Ad hanc ergo sophisticam locutionem vtile est dicere capitula multorum syllogismorum. id est dicere in summa multos syllogismos: quia enim in capitulo dicit: in summa narrat. Ponit autem exemplum: ut si diceret Achilles: vel Alexan-

Rhetori.

der vel aliquis alius: bos quidem saluauit. alios autem puniuit. grecos autem liberauit. Quod si hec exempla ponerentur sine infinituum modus: magis appareret intentum. Et forte sic est in greco: sed malitia translatorum multa deprauat. Si enim diceremus Alexandrus alios bos grecos saluare: punire: liberare: committere tur ibi multiplex amphibologia: quia nesciremus utrum greci: vel alij liberaissent: vel punissent Alexandrum: vel econuerso. Item nesciremus qui essent liberati: et qui puniti. per quod possemus alium facilius decipere componendo sic sophisticata. Ideo quod vnumquodque eorum ostensum est ex alijs et alijs. quia per alia et alia opera ostenditur Alexandrum saluare bos: punire alios: liberare grecos. Ex his autem diuisis ostensis compositis. id est si componantur sic diuisa fieri. supple contingit sophisticum cum enthimema. Unde alia littera habet. quando ergo componuntur. fit ex ipsis enthimema sophisticum: vel apparens supra.



Lium autem penes equiuocationem dicere quidem studiosum esse: a quo est honoratissimus ritus omnium. Ad iustitia enim omnium honoratissimus ritus.

CIn parte ista determinat philosophus de fallacia equiuocationis. Fallacia autem equiuocationis tripliciter fieri contingit. Primo si aliqua dictio significat plura eque principaliter. Secundo si significet illa plura: quorum vnum significet proprie: et aliud transumptiue. Tertio si significet vtrumque proprie. sed vnum significet principaliter. aliud ex consequenti. Ideo tria facit. Secunda ibi. (Aut si quis canes.) Tertia ibi. (Aut ga nihil.) Dicit ergo. quod vnum locum penes equiuocationem contingit dicere: cum aliqua dictio significat plura vnum principaliter. aliud ex consequenti: ut si quis dicat illud esse studiosum: a quo est honoratissimus ritus omnium. Honoratissimus enim ritus omnium ab aliquo contingit esse dupliciter: vel effectiue: ut cuius aliquis facit talia. propter que posteriores sumunt exemplum: et ex eo bonus ritus. et talis est simpliciter studiosus. Vel consulendo. ut cum aliquis dat aliquod consilium. propter quod consurgit aliquis bonus ritus. et hic est bonus studiosus. Et quid. Ideo subditur. quod ministeria. id est consilia: ut habet alia littera sunt honoratissimus ritus: et omnium studiosum est equiuocum: et significat facientem: et consulentem bona. sed facientem significat principaliter: consulentem ex consequenti. Vel ut sonat alia littera greca ministeria. id est sacrificia: et in idem redit: ut si dicatur aliquis studiosus equiuocus: vel quia fecit bona: propter que consurgit mos bonus: et bonus ritus. et tunc est studiosus simpliciter: vel quis instituit bona sacrificia erga deos: propter que gentes prouocatur ad bonum ritum. et tunc est studiosus quodammodo. et ex consequenti. Non enim est studiosus simpliciter: quia alios prouocat ad benefaciendum: si ipse in se non benefaciat. Deinde cum dicit.

CAut si quis canem commendans: refert quod est in celo describat: aut ipsius Pansa et totalem quem Pindarus dixit o beate canis: quod magnum dei canem te dico: quod ex omni parte te vocant olympi.

CDeterminat de equiuocatione prout alia dictio signi-

Liber

ficat plura principaliter dices. Aut contingit esse equiuocatio: si quis commendans canem ut latrabile: et describat eum: qui est in celo. id est celeste sydus: vel dicit describat: quia canis celestis est equiuocus. vno modo canis est vna stella in ore leonis: et ab illa stella tempore July dicuntur dies caniculares. Secundo modo canis celestis dicitur quedam descriptio stellarum representans signum canis: ut patet per Ptholomeum in almagesto: cum describit stellas representantes figuras animalium existentes in celo: quocumque modo intelligat: non variatur sententia. semper enim intelligitur: quod canis sit equiuocum. Subdit autem aliud exemplum quia potest esse equiuocatio: si quis ipsius canem latrabile animal dicat esse: Pansa: et totalem. id est laudabile. propter quod Pindarus laudauit canem celestem dicens. O beate canis celestis quod magnum dei canem te dico: quia olympi. id est laudantes in illo ludo te ex omni parte vocant: inuocant: et laudant. Est autem ibi equiuocatio quod laus debita celesti syderi propter equiuocationem nominis attribuitur latrabili. Deinde cum dicit.

CAut quod nihil est dignus chiria in honoratissimo est. Quare chiria palam: quia honorabile. Et communicatiuum dicere Mercurium maxime deorum. Solus enim vocatur communicatiuus Mercurius. Et logos esse studiosissimum: quia boni viri non pecunijs: sed logos sunt digni. Logos enim dignum non simpliciter dicitur.

CDeterminat de equiuocatione prout aliqua dictio plura significat vnum proprie: et aliud transumptiue. et ponit circa hec tria exempla: quorum primum est: quod quod nihil est dignus chiria. id est qui non est dignus aliquo sermone laudatiuo. ille est in honoratissimus. ergo chiria. id est sermo laudabilis est quid laudabile. Nam honoratum: sive honorabile proprie significat personam dignam sermone laudabili. ideo transumptum est metaphorice: ipse sermo laudatus dicitur quid honorabile. Secundum exemplum ponit cum ait: quod equiuocatio est dicere Mercurium maxime deorum esse communicatiuum: quia solus inter deos vocatur communis Mercurius. Communicatiuus enim proprie significat liberalem: sed metaphorice significare potest eum: qui sic vocatur. Ponit et tertium exemplum: ut si quis dicat logos. id est sermonem esse studiosissimum: quia boni viri non sunt digni: ut remunerentur pecunijs: sed logos. id est sermone. Honor enim et laus sunt maxime bona inter exteriora bona. et ideo boni viri: quia non potest fieri eis debita remuneratio pro pecunijs. tribuunt eis homines quod magis habent laudando et honorando eis. logos enim. id est sermo non dicit quid dignius simpliciter: nec proprie: sed est quoddam signum dignitatis: propter quod metaphorice et transumptiue potest dici quid dignum. Istud autem exemplum concordat cum primo. Deinde cum dicit.

CAlius locus sophisticus diuisus componentem dicere: aut compositum diuidentem. Quoniam enim idem videtur esse: est ens et non est ens: hoc idem sepe: quod cum vtilius hoc oportet facere. Est enim hoc enthimema Eucbidem.

CDeterminat

Determinat de fallacijs peccantibus secundum multi-
plicitatem. Et tria facit scilicet quod tres dicuntur esse dicte fal-
lacijs. scilicet compositio: diuissio: et accentus. Primo ergo deter-
minat de fallacia compositionis. Secundo de fallacia di-
uissionis. Tertio de fallacia accentus. Secunda ibi. (Quod i.
bonest Theodecti.) Tertia ibi. (Alius locus industria)
Circum primum duo facit: quia primo premitit intentio-
nem suam. Secundo adducit ad propositum plures pa-
ralogismos. Secunda ibi. (Ut puta scire.) Dicit ergo
quod alius locus sophisticus diuissus est dicere componentem. i.
quod habet veritatem diuissui inferre ipsum modo compo-
sito: prout habet fieri falsitatem. et hoc quantum ad falla-
ciam compositionis. Aut compositum diuidentem quan-
tum ad fallaciam diuissionis: ut quoniam videtur idem
esse: et ens: et non ens: ut esse scitum et non esse scitum:
quia aliquis scit aliqua diuissim: qui nescit illa coniunctim:
tunc scit illa et nescit: et potest probari esse et non esse bonum:
quia aliqua sunt bona diuissim et non sunt bona coniunctim.
et conuerso. Hoc idem ergo. i. sic diuidere et sic compone-
re oportet sepe faceret: quodcumque inuenire poterimus ad
paralogizandum: est etiam faciendum. Aliquis enim non
paralogizatur vna vice: quod si sepe fiant ei paralogismi: pa-
ralogizabitur: et aliquis non paralogizabitur vno paralogis-
mo: qui paralogizatur alio. Addit autem: quod hec est falla-
cia: siue hic paralogismus est sermo et ars Eubiden. i. illius
philosophi vel illius poetę. Deinde cum dicit.

Atputa scire: quod triremis in pyreo est: vnum
quodque enim nouit.

Adducit plures paralogizantes peccantes secundum di-
ctam fallaciam. Et quatuor facit scilicet quod quatuor paralogis-
mos ponit. Secunda ibi. (Et elementa.) Tertia ibi. (Et
quoniam bis.) Quarta ibi. (Rursum id quod Policra-
tis.) Cuius primus paralogismus est talis. puta scire aliquid ut
quod triremis. i. nauis est in pyreo. i. in illo portu: et nouit vnum
quodque. i. nouit nauem et portum. Formetur sic paralogis-
mus. Tu nouisti nauem et portum. ergo nosti: quod nauis sit
in portu. potest enim scire aliqua diuissim: que nescit con-
iunctim. Deinde cum dicit.

Et elementa sciente: quod versus nouit: versus
enim idem est.

Ponit secundum paralogismum: ut si diceremus de ali-
quo sciente elementa. i. litteras quod nouit versus: versus enim
est idem quod littere: ex quibus componitur: formetur sic pa-
ralogismus. Tu nosti litteras: ex quibus compositus est ver-
sus. ergo nosti versus. Deinde cum dicit.

Et quoniam bis tantum egritudine: neque
vnum dicere salubre esse. Inconueniens enim
si duo bona vnum malum est. Sic quidem igitur
magis elenticum: sic autem ostensiuus est.
Non enim est vnum malum duo bona: totus
autem paralogisticus.

Ponit tertium syllogismum: quia bis tantum est egritudo-
dinale. ergo vnum tantum. id est semel non est salubre:
inconueniens enim videtur: quod duo bona sunt vnum ma-
lum. Sed hoc enim oportet: quia aliquid in se acceptum
est bonum: quod coniunctum alteri est malum. Aliter enim
esset sapum comedere vnum panem: quod si comederet du-
os esset sibi egrum. potest autem iste locus formari ostē-
siue: ut si probaremus bis tantum esse bonum: quia quod
libet vnum tantum est bonum: et posset formari elentice:
ut si quis negaret vnum tantum esse malum: possemus re-

darguere: quia bis tantum est malum. ergo vnum tantum
est malum. Sed siue formetur iste locus elentice: siue ostē-
siue: quomodo cumque enim concludatur vnum malum non
esse duo bona: totus locus est paralogisticus. Deinde. c. d.
Rursum id: quod Policratis ad Transibul-
uz: quod triginta Tyrannos pemit. Componebat. n.
Ponit quartum paralogismum: quod potest esse secundum
illud dictum Policratis ad Transibulum: qui peremit tri-
ginta tyrannos: componebat enim. potest autem sic forma-
ri paralogismus. Transibulus peremit triginta: et peremit
tyrannos. ergo pemit triginta tyrannos. Deinde cum dicit.
Aut quod i. Bozeste Theodecti: ex diuisione. n.
est. Iustum est: si quis utique occiderit maritum
mori hanc: et patri punire filium: igitur et hec
acta sunt. Componentem enim forte non est in-
ustum. Erit autem utique et penes suppressionem
aufertur enim a quo.

Ponit paralogismum diuissionis: quia paralogismus: qui fie-
bat in Bozeste Theodecti erat ex diuisione. i. peccabat se-
cundum talem fallaciam. Dicebatur enim si iustum esset:
si qua mulier occiderit maritum suum: mori hanc: et si ius-
tum est patri. i. pro patre punire filium. Additur autem hec
igitur acta sunt: ex quo concludebatur: quod non erat acta in-
iusta: sed iusta: sed non oportet: quia forte componentem
non est iustum. Nam si iuste punitur filius pro patre: et ius-
te moritur occidens maritum: non tamen iuste moritur
ex hoc: vel ab illo. et ideo cum actum iustum componitur
cum agente: ad quem non pertinet iustitia: potest fieri ius-
tum. potest enim iuste factus quis non iuste facere: ideo
subditur: quod utique effectus huius fallacie erit penes suppres-
sionem. i. penes separationem. separatur enim. et aufertur a quo
iniuste illa moriatur. Deinde cum dicit.

Alius autem locus sophisticus industria con-
struere: aut destruere. Hoc autem cum si non
ostenderit quod fecerit: augmentabit negocium.
facit enim apparere aut quod non fecit: cuiusque cau-
sam sustinet augmentabit: aut quod fecit cum ac-
cusans irascitur: igitur entimema: paralogizaf
enim auditor: qui fecit: aut non fecit non ostenso.

Determinat de fallacia accentus. Ad cuius euidentiam
notandum: quod accentus potest dupliciter sumi. Uno mo-
do in syllogismis: et in dictionibus scilicet quod alia syllaba est
longa vel breuis: vel secundum quod aliqua dictio regitur
vno accentu: vel duobus. Et iste modus paralogizandi non
est congruus in voce: sed in scripto: cum tali voce proferuntur:
et determinantur effectus: et non paralogizatur aduersa-
rius: et de hoc modo accentus determinatur in elenchis.
ideo ibidem dicitur: quod in his: que sunt sine scriptura. i. in
his: que sunt in voce: non est idoneum dialecticis facere
deceptionem: seu orationem deceptoriam scilicet in accentum.
sed in scripturis et in poematibus magis potest fieri talis
deceptio. Talis autem modus acceptus non videtur mul-
tum utilis negotio rhetorico: quia persuasio: per quam est
rhetorica: magis fit verbo quam scripto: quia habet nescio quod
latentis energie vocis actus. propter quod vox viua plus
mouet quam scripta. Secundo modo potest accipi accentus
quantum ad modum loquendi. et iste maxime conuenit
rhetorico. Eadem enim verba potest taliter dicere: et tali accen-
tuatone proferre. quod facit appere vnum: et taliter quod facit appere
aliud: propter quod ex ipso modo proferendi potest paralogizari auditores

De hoc autem modo accentus determinatur euz dicitur: qd alius locus sophisticus est industria: id est industria modo loquendi construere. aut destruere aliquid. Hoc autem contingit cum aliquis si non ostenderit: quia fecerit. i. non dicit se fecisse: sed augmentat negocium ostendens illud esse malum vel valde reprehensibile: propter quod ex ipso modo loquendi facit apparere qd non fecit illud: cum si stiner causam negocij: et augmentat ipsam causam ostendens eam valde esse reprehensibilem: vel valde malam: aut etiam ex ipso modo loquendi facit apparere quod fecit illud: cum accusans irascitur: quia nemo irascitur nisi de eo: quod tangit ipsum. Est igitur hoc enbimema syllogisticum: quia paralogizatur auditor: ex quo non ostenditur. i. non dicitur qui fecit: fuit qui non fecit negocius: sed ex modo loquendi: qui fecit apparere euz non fecisse: vel qui non fecit: apparet fecisse.



Lius ex signo: in syllogizatum enim hoc: puta si quis dicat. Civitatibus conferunt amantes. Amor. n. Armodij et Aristogitonis peremit tyrannus Hypereu. Aut si quis dicat: qd fur est Dionysius: qd est malignus. in syllogizatus enim hoc: neq enim omnis malignus est fur.

Postq philosophus determinavit de fallacy in dictione. in parte ista determinat de fallacy extra dictiones. Et dividitur pars ista in partes sex. Nam licet fallacie extra dictionem sint septem. hic non determinatur de petitione principij: quia in materia rhetorica debilis probatio sufficit: petitio aut principij non impedit syllogismum inferentem: sed probantem. Primo ergo determinat de fallacia sibi ignorantiam elenchi. Secundo de fallacia accidentis. Tertio de consequente. Quarto de sibi non causaz vt causam. Quinto de sibi plures interrogationes. Sexto de sibi quid et simpliciter. Secunda ibi. (Alius penes accessu.) Tertia ibi. (Alius penes consequens.) Quarta ibi. (Alius penes non causaz.) Quinta ibi. (Alius penes suppressione.) Sexta ibi. (Adhuc sicut in litigijs.) Notandum autem: qd elenchus est syllogismus contradictionis. potest ergo aliqua fallacia peccare sibi elenchus dupliciter. Primo generaliter: vt quia peccat contra syllogismum: vel contradictionem: quilibet fallacia potest dici ignorantia elenchi. Secundo modo potest peccare syllogismus contra elenchum specialiter: vt quia peccat contra contradictionem: quam specialiter addit elenchus supra syllogismum simpliciter: et sic ignorantia elenchi est specialis fallacia. Et distinguuntur modi eius sibi modos: quibus impeditur contradictio: vt sibi idem ad idem: similiter et in eodem tempore. Hi autem modi potissime contingunt: cum aliquis consideratur diversis modis: et alio et alio modo acceptum pretendit aliam et aliam veritates. Et qd hmoi diversitas acceptionis contingit ex signis: qd sibi aliud et aliud signus aliter et aliter iudicamus: id syllogismi facti ex signis possunt reduci ad ignorantiam sibi qd ignorantia elenchi est specialis fallacia: quia per signa contingit concludere vttran qd partem contradictionis: contra quam specialiter est ignorantia elenchi. vt est fallacia specialis. Hoc est ergo qd ait. qd alius locus sophisticus sumitur ex signo. in syllogizatus enim hoc est: quia syllogismi per signa deficiunt: vt puta: si quis dicat: amantes conferunt civitatibus. Quod patet: si consideretur amor Armodij et Aristogitonis: quia Armodius et Aristogiton propter amorem: quem habebant ad ciuitatem

peremerunt Hypereum tyrannum: cum forte tyrannus male tractabat civitatem. Conferre enim et proferre est signum amoris: non tamen semper proficit amanti. Posset ergo sic formari paralogismus. Amans aliquando conferre amato: aliquando non confert. ergo confert et non confert. Ponit aliud exemplum: qd si quis dicat: fur est Dionysius: qd est malignus: non facit syllogismum: quia non omnis malignus est fur. malignus enim potest dici quilibet vitiosus: siue sit fur: siue homicida. Posset autem sic formari paralogismus. Quidam malignus est fur: et quidam malignus non est fur. ergo malignus est fur et non fur. Posset autem ista fallacia condigne adaptari ad fallacia sibi quid et simpliciter: vt infra dicit. Sed sibi superflua videtur qd debet ad reduci ad fallaciam consequentis: sed artificiosus est qd reducatur modo: quo dictum est: qd de fallacia consequentis expresse habetur infra. Deinde cum dicit.

Alius propter accidens: puta qd dicit Polycrates ad inures: qd ad inuerunt corrodes cordas. Aut si quis dicat ad cenam inuitari bono ratissimum est. Quia enim non fuit inuitatus Achilles nunciavit Achaicis in Thenedo. Hoc autem velut in honoratus nunciavit. Accidit autem hoc propter non inuitari.

Determinat de fallacia accidentis dicens. qd alius locus sophisticus est per accidens sibi qd Polycrates dicebat ad inures: qd ipsi inuerunt eum: quia corroserant cordas arborum inimicorum: vel forte corroserant cordas: cum quibus Polycrates erat ligatus: sed hoc fuit per accidens. Mures enim non intendebant auxiliari Polycrati: sed ex corrosura cordarum querebant cibum. Ponit autem aliud exemplum: aut si quis dicat inuitari ad cenam honoratissimum: quia Achilles eo qd non fuit inuitatus nunciavit Achaicis in Thenedo: id est in illo loco: vel in tenendo: vt habet alia littera. volebat enim Achilles tenere bellum contra illas gentes: quia non inuitauerant eum. Unde velut in honoratus nunciavit eis iram suam: sed hoc accidit non enim propter non inuitari irasceretur Achilles: sed propter vilipensionem. Deinde cum dicit.

Alius penes consequens: vt puta in Alexandro: qd erat magnanimus: despiciens. n. multorum societatem imorabatur solus. Quia enim si magnanimi tales: et iste magnanimus videbitur vtq.

Determinat de fallacia consequentis. Et tria facit sibi qd tres paralogismos ponit. Secunda ibi. (Et quoniam comptus.) Tertia ibi. (Simile autem.) Dicit ergo: qd alius locus sophisticus est penes consequens: vt puta: si dicere: qd Alexander magnanimus despiciebat societatem multorum: et morabatur solus. ergo qui moratur solus est magnanimus. Non enim si esse solitarii est: sequitur magnanimus. propter hoc: qui moratur solus est magnanimus. Ideo subdit. qd non magnanimi sunt tales. i. solitarii. ideo hic solitarius videbitur magnanimus. sed non oportet qd sit. Deinde cum dicit.

Et quoniam comptus et nocte vagatur adulter: quia adulteri tales.

Ponit secundum syllogismum: vt si diceretur: adulter est comptus: et nocte vagatur: iste est huiusmodi. ergo est adulter: qd ergo adulteri sunt tales. i. vagabundi de nocte: ideo vagabundi iudicantur adulteri. Deinde cum dicit.

Simile

C Simile autem et quod in templis pauperes et cantant et tripudiant: et quod vagis licet inhabitare ubique voluerint. Quia enim his: qui putantur felices insunt hec: et quibus insunt hec: videbitur utique felices esse. Differunt autem in eo quod quod liter: propter quod et ex suppressione incidit error.

C Ponit hic materiam tertii paralogismi. Nam pauperes et vagi: L. ribaldi et goliardi videntur esse felices: quia habent ea: quae felicibus insunt. Nam pauperes cantant in templis: et tripudiant: et vagi habitant ubi volunt. id reputant felices: quia felices tripudiant et habitant ubi volunt. Differunt autem in eo quod qualiter: quia non eodem modo tripudiant pauperes et diuites: nec eodem modo habitant ubi volunt felices et goliardi. ergo ex suppressione. i. ex defectu: quia non exprimitur conditio: quibus praedicta insunt pauperibus et diuitibus: id incidit dictus error: et dicta fallacia. Possunt autem sic formari paralogismi. Felices tripudiant: pauperes tripudiant. ergo pauperes sunt felices. Item felices habitant ubi volunt: goliardi habitant ubi volunt. ergo sunt felices. **C** Deinde cum dicit.

C Alius penes non causam: puta eo quod simul: vel ut post hoc: et propter hoc esse. Quod. n. post hoc tanquam propter hoc accipiunt: et maxime in ciuitatibus: puta ut Demades Demosthenis ciuitatem omnium malorum causam: post illam enim accidit bellum.

C Determinat de fallacia secundum non causam ut causam. Nam quia causa est: ad cuius esse sequitur aliud. ideo credimus quod quicquid habet esse post aliud sit causatum ab illo: immo pluries assignamus causam: quae non est causa. Credi mus. n. quod sit idem esse post hoc: et propter hoc: quod maxime contingit in ciuitatibus. i. in ciuibus: quia vulgares de leui paralogizant. ut patet: quia Demades Demosthenis dicit ciuitatem esse causam omnium malorum: propter hoc quod post constitutionem ciuitatum acciderunt bella et multa mala. **C** Deinde cum dicit.

C Alius penes suppressionem eius: quod quando et qualiter: ut puta quod iuste Alexander accepit Helenam. Electio enim ipsi Helene data fuit a patre: non enim semper forte: sed hoc primo. etenim pater usque ad hoc dominus. Aut si quis dicat verberare liberos contumeliam esse: non enim semper: sed quando verberaret manibus iniustis.

C Determinat de fallacia secundum plures interrogationes: ut vnam. Nam ad interrogationem ubi non exprimitur dictiones: non est danda vna responsio: quia talis interrogatio est quodammodo plures. Nam querenti vtrum sit contumelia verberare liberos: est ut sic: est ut non. Verberare enim eos spe correctionis: non est contumelia: sed verberare eos manibus iniustis: est contumelia: ideo si ad praedictas interrogationes: quod est quodammodo plures: daretur vna responsio: contingeret paralogizari. Hoc est quod ait: quod alius locus est penes suppressionem eius: quod est quare: et qualiter: ut quod non exprimitur ibi debite circumstantiae: ut puta: quod Alexander iuste accepit Helenam: quia electio fuit data ipsi Helene a patre suo. Sed modo electio forte non fuit data Helene semper: ut quod semper accepit virum in quocumque statum esset. Nam viro accepto non licebat ei ulterius accipere vix quodam diu videret vir suus. Sed haec. i. talis electio co-

pererat Helene primo: quia priusquam virum acciperet. Et subdit causam: quia pater est dominus filiae usque ad hoc. i. usquequod tradit eam viro. Nam si pater potest tradere filiam cui vult ante traditionem: tamen postquam tradidit eam viro: non licet eam tradere alteri. Et dicit forte: quod forte nondum philosophus determinauerat: vtrum liceat vni mulieri habere plures viros: vel vtrum sint licita diuortia ut post acceptionem vni vtri: liceat mulieri dare se alii viro. Cum ergo queritur vtrum Helena potuerit accipere Alexandrum in virum: non est danda vna responsio. sed dicendum est antequam se traderet alteri viro potuit: post traditionem non potuit. Subdit autem materiam secundi paralogismi cui ait. (Aut si quis dicat) qui propter tam dicta.



Sicut in litigiosis penes non simpliciter aliud aliquid sit apparen s syllogismus: velut in dialecticis: quod est: non est ens: est ens enim: quod non ens: et quia scitum: ignotum: est enim scitum quod ignotum: quod ignotum: ita et in rhetoricis et apparen s enthimema penes non simpliciter verisimile: sed secundum quid verisimile.

C In parte ista determinat de fallacia secundum quid: et simpliciter. Et duo facit: quia primo ostendit quomodo habet fieri secunda fallacia. Secundo obicit contra determinata ibi. (Est autem B non vlr.) **C** Dicit ergo: quod adhuc est alius locus rhetoricus: qui vocatur secundum quid et simpliciter: quia sicut in litigiosis penes non simpliciter aliud aliquid sit apparen s syllogismus: vel ut apparet in dialecticis: quod est. i. ens probatur esse non ens. Est enim ens simpliciter: quod non est ens aliquid: sic etiam ostenditur: quod scitum sit ignotum. Est enim quod est scitum simpliciter: quod est ignotum secundum quid. et sicut est in dialecticis: ita se habet in rhetoricis: quia potest fieri apparen s enthimema penes non simpliciter verisimile: sed secundum quid verisimile. **C** Deinde. c. d.

C Est autem hoc non vlr: sicut et Agathon dicit: forte utique quis verisimile hoc ipsum esse dicit: hominibus multa accidunt non verisimilia fit enim quod propter verisimile. Si autem hoc erit: quod non verisimile: verisimile.

C Obicit circa determinata. Et tria facit: quia primo obicit. Secundo soluit: quod secundum dictum paralogismum componebatur tota ars cuiusdam philosophi. Secunda ibi. (Sed non simpliciter.) Tertia ibi. (Est autem ex hoc loco.) Obiectio autem in hoc loco consistit: quia non oportet verisimile secundum quid non esse verum: propter quod dicta fallacia non vniuersaliter paralogizat. Si enim homo mortuus secundum quid est homo simpliciter: non fiet paralogismus procedendo secundum quid ad simpliciter: ideo ait: quod hoc quod dictum est: non est vniuersaliter verum: ut Agathon dicit: quia forte aliquis diceret hoc ipsum esse verisimile: quod supple apparet: dato quod non sit. Nam hominibus multa accidunt non verisimilia. fit enim propter verisimile: et si contingit verisimile non esse. continget etiam non verisimile esse. ergo poterit contingere: quod aliquid non sit verisimile: et tamen sit. **C** Deinde cum dicit.

C Sed non simpliciter: sed sicut in litigiosis: quod secundum quid: et ad quid: et que non apponita faciunt calumniam: et hoc penes verisimile esse non simpliciter: sed secundum quid verisimile.

Soluitur quicquid est falsum: non est verissimile simpliciter: et quod est de se ex parte ipsius rei: sed potest esse verissimile hominibus secundum conditionem aliorum. Semper ergo cum ostendimus aliquid secundum conditionem aliorum: et verissimile facimus falsam secundum quid: et falsa non sunt verissima simpliciter: et ex parte ipsius rei: sed quo ad nos: ideo circa principium primi huius dicitur: quod quod ad res subiectas semper vera et meliora namque syllogizabilia et persuasibilia sunt: ut vere est dicere: ideo talia non sunt verissima simpliciter. Sed sicut in litigiis ea: que sunt secundum quid: et ad quod: et quo: id est ea que sunt vera secundum conditionem aliorum non apposita illa conditione faciunt calumniam: quod reputantur simpliciter talia: sic hic in rhetoricis est penes verissimile esse falsum. Non enim simpliciter verissimile est secundum quid: non enim ex parte rerum: et a quibus dependet scientia nostra est: quod falsa appareant vera: sed hoc ex parte nostra est. **Deinde cum dicit.**

Est autem in hoc loco ars Thozacis composita siue enim non reus sit in accusatione: ut puta: de bilis existens: puta: non fortis existens. non enim verissimile: quod verissimile debeat videri. Similiter autem et in alijs.

Ex hoc loco ostendit totam artem Thozacis pendere ex isto sophismate. Et tria facit: quod primo ostendit quomodo dicta erat utilis defendenti. Secundo quomodo erat utilis accusanti. Tertio comparat accusantem ad defendentem. Secunda ibi. (Aut enim reum.) Tertia ibi. (Et minor enim autem.) **D**icit ergo: quod ex hoc composita est tota ars Thozacis: id est illius sophiste. Nam siue incusatus est reus accusationis: siue non: dabat Thozax viam ad ostendendum: quod accusatus ostenderet se non reum: et non vulnerasse: ut puta: si diceret incusatus: quod erat existens debilis: vel quod erat timidus: timidi enim consueverunt fugere ictus. Hoc enim posito ostendebat se non esse reum: quod non esset verissimile: quod aliquis non fortis et timidus percusserit alios: propter quod non apparebit verissimile: quod debeat verissimile videri: et quod dictum est in predicto exemplo: intelligendum est in alijs. **Deinde cum dicit.**

Aut enim reus esse in accusatione: apparent quidem igitur ambo verissima. Est autem hoc quidem verissimile: hoc autem non simpliciter: sed sicut dictum est.

Ostendit quomodo dicta ars utilis est accusanti: quod homo vel est reus: vel non est reus incusationi. Ambo enim apparent verissima: quia utraque pars contradictionis potest esse probabilis. Sicut ergo predicta ars utilis erat defendenti: quod poterat ostendere non esse verissimile: quod alteri impositum. Addit autem: quod utraque pars contradictionis est verissima: et non simpliciter: sed hoc id est si alterum membrum contradictionis est verissimile: et non simpliciter: sed sicut dictum est. **Deinde cum dicit.**

Et minorem autem sermonem meliorem facere hoc est.

Comparat accusantem ad defendentem. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo ostendit: quod a predicta comparatione deuenit dictum Pitagore. Secunda ibi. (Et hinc iuste moleste.) **C**omparat autem accusatum ad accusantem dicens: quod sermonem minorem id est sermonem accusati: quod semper accusatus in causa videtur se habere quasi minorem: talem autem sermonem debemus facere meliorem: quod semper partem accusati debemus interpretari in meliorem partem. Addit autem hoc est. id est ista est ars Thozacis: quod debemus magis favere partem accu-

sati quam accusantis: vel hoc est: quod est observandum in iudicijs: quod semper debemus esse proniores ad miserandum quam ad condemnandum. **Deinde cum dicit.**

Et hinc iuste moleste ferebant homines Pitagore sponsonem: falsum quidem enim et non verum: sed apparatus verissimile. Et in nulla arte sed in rhetorica et litigiosa. Et de enthymematibus quidem entibus: et apparatus dicitur est.

ampliosum et ornatum. Et dicit forte: quia in hoc libro nō
traditur ars poetiç. ideo sub dubio dicit: qualis debeat
esse locutio poetica. (Deinde cum dicit.

Nominum autem et verborū planam quidē
faciunt propria: non humilem: aut ornatum.
Alia nomina quecumq̄ dicta sunt in his: que-
dam poetica.

Exemplificat de intento. Ad cuius intelligentiam notā
dum: q̄ quattuor sunt: que videntur reddere locutionem
impropriam. videlicet q̄ nomina aliena et ficticia: metapho-
rica: et equoca et synonyma. Ideo quattuor facit: quia p̄mo
ostendit quomodo oratio rhetorica se habet ad nomina
aliena. Secundo quomodo se habet ad nomina ficticia.
Tertio quomodo se habet ad metaphoras. Quarto quo-
modo se habet ad equiuoca et synonyma. Secūda ibi.
(Propter quod non oportet.) Tertia ibi. (Et metapho-
rę solę.) Quarta ibi. (Nomen autem s̄phisticę.) Circa pri-
mum tria facit: quia p̄mo dicit: q̄ rhetor nō debz vti no-
minibus alienis. Secundo quod dixerat probat per simi-
le. Tertio ostendit: q̄ ars poetica potest talibus nomi-
nibus vti. Secūda ibi. (Disueta enī loqui.) Tertia ibi.
(In metris quidem igitur.) Dicit ergo: q̄ propria nomi-
na: siue propria verba faciunt orationem planam: et faciūt
eam non humilem: sed decentem. ergo proprijs nomi-
nibus debet vti rhetorica. De due sunt proprietates oratio-
nis rhetoricę. videlicet: q̄ debet esse plana et clara: et nō hu-
milis: sed decens. Nominibus autem alienis nō debz vti
quia nomina alia. id est aliena: de quibus dictū est in his:
que tradidimus de poeta: reddunt locutionem ornataz.
id est ampliosam: et excellam: et non competit rhetoricę.
(Deinde cum dicit.

Disueta enim loqui fecit videri venerabilio-
rem. Sicut enim ad extraneos: et ad ciues ho-
mines idem patuntur: et ad eloquium: p̄pter
nō oportet facere extraneum yd̄ioma. Admi-

ratores autem aduenarum sunt. Delectabile
autem q̄d mirabile est.

Probat quod dixerat per simile dicens: q̄ loqui disueta
et aliena facit videri orationem venerabiliozem et amplo-
rem q̄ requirat sermo rhetoricus: quod patet per simi-
le: quia sicut nos habemus ad extraneos: et ad ciues: q̄ ex-
tranei propter disuetudinem sunt nobis admirabiles: ci-
ues vero propter consuetudinem redduntur cōtempribi-
les: sic hoc quidem patimur ad eloquium quod extraneū
eloquium est admirabile: propter quod facere extraneuz
yd̄ioma: est reddere auditores admirabiles: quia singuli
sunt admiratores aduenarum et extraneoz. Talis ergo
locutio non est rhetorica: sed poetica: et non est proprie per
suasua: sed solum demulcet. et delectat auditum. ideo sub-
ditur: delectabile autem mirabile est. (Deinde cum dicit.

In metris quidēz igitur et multa faciūt: hoc
et congruit ibi: plus enim distant circa que et
circa quos sermo. In nudis autem orationib⁹
multo paucioribus: hypothesis enī minor.

Ostendit q̄ talis locutio non est rhetorica: sed poetica.
Et duo facit: quia p̄mo facit quod dictum est. Secundo
adducit quoddam exemplum ad manifestandum propo-
situm. Secūda ibi. (Quoniam et hic.) Dicit ergo: q̄ poe-
ta multa hęc. id est multa talia vt multa disueta faciunt
in metris: et cōgruit ibi: et est ratio: quia plus distant in me-
tris: circa que et circa quas est sermo: q̄ sit in nudis ora-
tionibus. Non enim oportet ita extranee loqui in multis
orationibus: sicut in metris. multo ergo paucioribus ex-
traneitatibus vtitur rhetorica q̄ poetica. Minor enī est
hypothesis. id est suppositio in nuda oratione q̄ in metri-
ca. In metrica enim oportet esse consonantiaz peduz et syl-
labaruz: et multa alia oportet ibi supponere: propter quod
recipiuntur ibi multę extraneitates. (Deinde cū dicit.

Quoniam et hic si seru⁹ cōptius fiat q̄ decet
aut valde iuuenis indecentius q̄ de valde par-
uis. Sed est et in his contractum et augmen-
tatum quod est decens.

Manifestat quod dixerat per exemplum dicens: q̄ hic
in oratione rhetorica: que est quasi nuda respectu oratio-
nis metricę. Si seruus describatur vald̄ compiuz: vt pul-
cer: magnior: elegans: aut valde iuuenis: et paruus: im-
becillus indecens esset: quoniam de valde paruis non de-
bet esse seruus: nec supple de multum elegantibus: sed de-
bet esse decens: vt sit mediuz: nec vt sit contractus. id est
paruus et despectus: sed q̄ oportet: et augmentatus. id est
magnus et elegans. P̄m q̄ conuenit: quia dixerat: q̄ licet in
oratione metrica sustineatur: q̄ res describatur infra suū
statum. vel etiam supra in rhetoricis non debent describi
nisi medio modo. P̄m q̄ oportet. (Deinde cum dicit.

Propter quod oportet latere facientes: et nō
videri dicere ficte: sed apte nate. Hoc enim p̄-
suasium: illud autem contrarium. Et eius
ad fraudulentos criminantur: quemadmodū
ad vina mixta.

Ostendit qualiter se babeat oratio rhetorica ad nomi-
na ficticia. Et tria facit: quia p̄mo ostēdit talibus nomi-
nibus non esse vtendum. Secundo quod dixerat manū-
festat per exemplum. Tertio ex dictis concludit quibus
noibus

nominiibus: et quibus verbis debeamus uti in sermone rhetorico. Secunda ibi. (Et quale vox Theodozi.) Tertia ibi. (Existentibus autem nominiibus.) (Dicit ergo: quod si volumus persuadere: debemus latere: id est absente nos a sermonibus fictitijs: ut non videamur fecte dicere. Et est ratio: quia hoc est persuasivum. illud autem: id est ficta locutio facit contrarium huius: sic enim terminatur ad fraudulentos: sicut ad vina mixta. Quia ergo fecte loquitur: quasi assimilatur fraudulentibus et vinis mixtis: que non sunt talia: ut apparent. propter quod eo ipso videtur: quod ei non sit credendum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quale vox Theodozi passa est ad eam: que est aliorum hypocritarum. Hec quidem enim dicentis videbatur esse. hec autem aliena. Furatur autem facile: si quis ex consueto ydionate eligens componat. Quod quidem Eurypides facit: et ostendit primum.

¶ Manifestat quod dixerat dicens: quod vox Theodozi facta sit hec passa ad eam vocem: que erat aliorum hypocritarum: quia Theodorius sua voce increpabat alios hypocritas: eo quod videbantur fecte loqui accipientes aliena ydionata miscentes cum proprijs: ideo ait: quod hec dicta videbantur esse: dicens quantum ad id: quod proprie loquebantur. hec autem aliena quantum ad id: quod dicebant fictitie. ¶ Et notandum quod alienum dicitur dupliciter. Uno modo alienum idem est quod extraneum et inconsuetum: sic non licet uti dictis alienis. Alio modo: quod licet dictum alterius potest dici dictum alienum: et sic bene licet uti dictis alienis: quia possumus per dicta aliorum confirmare et declarare nostra: ideo subdit: quod si homo faciendo orationem rhetoricam vult eas ornare dictis alienis furando dicta aliorum facile et congrue fit: si componat: et eligat ydionata consueta non fictitia: quod Eurypides primum fecit: et etiam ostendit sic fieri.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Existentibus autem nominiibus et verbis: ex quibus oratio constituitur: nominiibus autem tot habentibus species: quot considerata sunt in his: que de poetis. Horum linguis quidem est duplis nominiibus fictitijs raro et in paucis locis utendum. Ubi autem posterius dicere: propter quid autem dictum est. Plus enim variat quam deceat. Proprium autem et conveniens.

¶ Ostendit quibus nominiibus et verbis sit utendum dicens: quod cum nomina et verba: ex quibus componitur oratio tot sint: et tot sint species eorum: quot considerata sunt in his: que dicimus de poetis: id est in arte poetica. et subdit: quod in omnibus enim linguis utimur horum duplis nominiibus: videlicet fictitijs et proprijs: sed fictitijs raro et in paucis est utendum. ubi autem utendum sit eis: dicemus posterius in isto eodem capitulo. Et quia fictitia nomina sunt quasi superflua: ideo dictum est: quod utentibus talibus nominiibus: quod plus narrat quam deceat. Non ergo accipiendum est nomen fictitium: sed proprium et conveniens.



¶ Metaphore sole vtilis ad ea: quod nudarum elocutionum.

¶ In parte ista comparat philosophus sermonem rhetoricum ad metaphoras. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum suum ibi. (Signum autem quia his solis.) (Dicit ergo: quod inter alias extraneitates sole metaphore sunt vtilis ad eam locutionem: que est nudarum orationum. scilicet ad locutionem rhetoricam: que est nuda respectu metaphore.) ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signum autem: quia his solis omnes utuntur. Omnes enim metaphoras alloquuntur et convenientibus et proprijs.

¶ Manifestat quod dixerat. Et duo facit scilicet quod dupliciter manifestat propositum. Secunda ibi. (Quare palam.) Propria probatio sumitur ex signo: nam signum est: quod inter alias extraneitates solis metaphoris sit utendum in sermone rhetorico: quia omnes rhetores his solis utuntur. Omnes enim alloquuntur metaphoris convenientibus et proprijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare palam quidem: si bene fecerit quis erit peregrinum: et latere cōtingit: et deificabit. Hoc autem erat rhetorice orationis virtus.

¶ Adducit secundam probationem: que talis est. Virtus orationis rhetorice est: quod sit aliquo modo medisa inter peregrinum et clarum: ita quod utrumque percipiat. Nam debet aliquo modo esse latens et peregrina: quia non debet esse multum humilis: et debet esse clara: quia non debet esse minus excellens et ampliosa. Cum ergo palam sit: quod qui bene fecit metaphoras: loquitur peregrine et clare: manifestum est: quod vtilis metaphoris spectat ad rhetorem.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Nomen autem sophisticum quidem est equivoocationis opportune. Penes has enim malignatur: poete autem synonyme. Bico autem propria: que et synonyma: puta progredi et ambulare. Hec enim ambo et propria: et synonyma inuicem.

¶ Comparat sermonem rhetoricum ad equivooca et synonyma. Et duo facit: quia primo ostendit: quod non spectat ad rhetorem uti nominiibus equivoocis et synonymis. Secundo quia dixerat: quod rhetor debet uti metaphoris: determinat de his metaphoris: qualiter eis sit utendum. Secunda ibi. (Quod quidem igitur.) ¶ Intendit ergo primo talem rationem. Proprius est sophisticum uti equivoocis: et poetarum synonymis. Rhetor: nec est sophista: nec est poeta. ergo nec equivoocis: nec synonymis uti debet. De hac autem ratione ponit solum maiorem dicens: quod sophisticum optime operantur circa equivoocationes nominiibus: et penes tales equivoocatiōes malignantur. Poete autem utuntur synonymis: et exponit quid appellat synonymum dicens: quod nomina propria et synonyma sunt: puta progredi et ambulare. Hec enim ambo sunt propria: quia non sunt extranea: et quia sdeus significant sunt synonyma adinuicem. Sunt enim synonyma plura idem significantia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod quidem igitur horum vnumquodque est: et quot species metaphore: et quod hec plurimum possit: et in poetis: et in orationibus metaphore dictum est: quemadmodum diximus in his: que de poetica.

¶ Determinat de metaphoris. Et duo facit: quia primo ostendit.

Rheto.

dit: q̄ distinguere metaphoras spectat ad poeticam. Secundo presupposita distinctio metaphoricę ostendit: quia liter metaphoris sit utendum. Secunda ibi. (Tanto autem in oratione.) (Dicit ergo: q̄ quid sit unumquodq̄ eorum. i. quid sit unumquodq̄ eloquium metaphoricum: et quor species metaphoricę: et q̄ genus metaphoricę possit plus: dictum est in poesi in diuisionibus metaphoricę. in hoc tractatu: ita ubi de metaphoriis agitur: quia etiam ad rhetorem spectat aliquo modo determinare de metaphoriis: unde dicuntur in hoc libro aliqua de metaphoriis: que etiam diximus in his: que dicta sunt de poetica.

Deinde cum dicit.

Tanto autem in oratione oportet magis laborare de ipsis: quanto ex paucioribus auxilijs omnino est q̄ metra: et euidentiā: et delectationem: et extra necessitatez habet maxime metaphora: et accipere ipsam non est ab alio.

Ostendit quomodo metaphoris sit utendum. Et duo facit: quia primo ostendit hoc in vniuersali. Secundo in speciali. Secunda ibi. (Est autem in syllabis.) (Circa primum tria facit: quia primo dicit: q̄ difficile est ubi de bitis metaphoris in rhetorica. Secundo dat regulas qualiter metaphoris sit utendū. Tertio docet adaptare vsus metaphoricum ad negocium laudatiuū et vituperatiuū. Secunda ibi. (Dia autē imposita.) Tertia ibi. (Et si ornare.) (Dicit ergo primo: q̄ si volumus ubi metaphoris in oratione rhetorica: tanto magis oportet laborare ad utendum ipsis: quanto oratio rhetorica ex paucioribus auxilijs est constituta q̄ metra. Non enim ita auxiliamur et defendimus orationē nudam: quando continet extraneitates: sicut defendimus orationem poeticam: ideo cum metaphora videatur magis habere euidentiā et delectationem extraneitatem: q̄ utamur metaphora in sermone rhetorico: ubi modica extraneitas conceditur est valde difficile: ideo subditur: q̄ in rhetorica non est accipere ipsam metaphoram ab alio. i. alieno et extraneo eloquio. sic enim ubi debemus metaphoris: q̄ ibi modicas extraneitates cōcōmstatur. Deinde cum dicit.

Oportet autem imposita et metaphoras congruentes dicere. Hoc autem erit ex proportionali. Si autem non indecens apparebit: quia secus inuicem contraria maxime apparent. Sed oportet intendere: quomodo iuueni balma conueniens sit: seni aliquid. Non enim eadem decet vestis.

Ostendit quomodo metaphoris sit utendum dicens q̄ oportet nos facere imposita: ut q̄ utamur metaphoris ita tamen: q̄ dicamus metaphoras congruentes. Hoc autem erit: si sumatur metaphora ex proportionali: quia si non sit metaphora proportionalata: indecens apparebit: quia contraria iuxta se posita maxime elucescunt. Si ergo metaphora non adaptant eicui conuenit secundum contrarium: itatum apparebit indecens. Oportet ergo intendere: q̄ diuersis diuersa conueniunt. Iuueni enim aliquid conuenit ut palma: id est victorie: et agones: et seni aliquid ut quies: et etiam in indumentis et in alijs intendendum: quia diuersis diuersa conueniunt. Non enim eadem vestis conuenit seni et iuueni: domino et seruo: cuiuslibet ergo debemus congruas metaphoras adaptare. Deinde etc.

Et si ornare voluerit a melioribus eorū: que

Liber

in eodem genere fere metaphoras: et si vituperare a deterioribus.

Docet adaptare vsus metaphoricę ad laudem et vituperium. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat ibi. (Dico autem.)

Dicit ergo: q̄ si aliquis vult aliquem ornare et laudare: debet sumere metaphoram a meliori. Si vero vult eum vituperare: debet sumere eam a deterioribus.

Deinde cum dicit.

Dico autem puta q̄ contraria in eodem genere dicere. hunc autem petentem pauperescere: q̄ ambo petitiones: q̄ dictum est facere.

Exponit quod dixerat. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo adducit ad hęc multa exempla. Secunda ibi. (Quomodo erit Ispicrates.) (Ostendit ergo quomodo unum et idem negotium possimus proferre laudabiliter et vituperabiliter dicens: q̄ contingit contraria dicere in eodem genere: ut si aliquis sit pauper et petat: possumus illam petitionem proferre laudabiliter. Nam petens ascendit et descendit: ascendit: si aliquid acquirit: descendit: quia se humiliat petendo. Si ergo dicimus hunc demonstrato paupere petere ascendere. proferimus petitionem laudabiliter. Si vero dicamus hunc petentem pauperescere: id est se humiliare et descendere: proferimus eam vituperabiliter. Et quia hęc ambo dicta sunt circa petitiones in eodem genere eloquij est facere quod dictum est. i. proferre illud contrarie: ut laudabiliter et vituperabiliter. Deinde cum dicit.

Quomodo Ispicrates Calliam sacrorum tractatorem accensorem lampadum. hoc autem ineruditus ipsum esse. Non enim utriq̄ sacrorum tractatorem ipsum vocare: sed lampadum accensorem. ambo enim circa deum. Sed hoc quidem honorabile: hoc autem inhonorabile.

Adducit ad hoc plura exempla. Et quatuor facit secundum q̄ quatuor exempla adducit. Secunda ibi. (Et hi quidem.) Tertia ibi. (Et predones.) Quarta ibi. (Illud autem q̄ Telephus.) (Primum exemplum tale. Nam si aliquis ministraret ecclesie tractando necessaria ecclesie: posset nominari turpiter: si diceretur accensor lampadum. pulchre autem si diceretur tractator sacrorum et diuinorum. Ispicrates autem volens vituperare Calliam qui erat tractator sacrorum: appellauit ipsum accensorem lampadum non tractatorem sacrorum: ut ostenderet ipsum esse vilem: et ineruditum. Nam licet ambo predicta sint circa deum: unum tamen est honorabile: ut tractare sacra: aliud est vituperabile: ut accendere lampades. Deinde cum dicit.

Et hi quidem Bacchi adulatores: ipsi autem ipsos artifices vocant. Hęc autem ambo metaphora: hi quidem sordidantium. hoc autem contrarium.

Ponit secundum exemplum secundum q̄ Bacchi adulatores: id est illi qui sunt quasi oy et astuti ad adulandum: unde alia littera habet: calidi et astuti non vocant se adultores: sed dicunt se esse artifices: et subiles: et ingeniosos. Nam licet hęc ambo metaphorica: et de vno et eodem negotio. hoc tamen est sordidum: q̄ aliq̄ sit adulator

latoz: illud vero est contrarium. i. laudabile. q̄ aliquis subtilis et ingeniosus sit. **C** Deinde cum dicit.

Et predones quidez seipfos acq̄sitos vo cant. **N**az propter quod licet dicere iniusta facientem quidem peccare: peccantem autem iniusta facere: et furantem: et accipere et acq̄rere.

Ponit tertium exemplum: q̄ predones nō vocant se fures: sed vocant acq̄sitos. Nam licet iniusta facientem possumus dicere ipsum peccare: et peccantem dicendus sit iniusta facere. Et licet furantem cōringat accipere et acq̄rere: non tamen est ita turpe: q̄ aliquis vocetur acq̄sitor sicut si diceretur fur: nec videtur ita turpe: q̄ aliquis dicatur faciens iniusta: sicut si diceretur peccator: quia probi et valentes homines videtur facere iniusta et iniuriari alijs. **C** Deinde cum dicit.

Allud autem: quod Telephus euripidis ait: super capulos gladiozum regnare: et progrediens in *Abysiam*. Indecens enim erat: quia maius id: quod est regnare q̄ s̄m dignitatem. **N**on igitur furatur.

Ponit quartum exemplum: q̄ Telephus euripidis ait se regnare super capulos gladiozum. Erat enim ille rex latronum: et rex capientium gladios: vt sonat alia littera: ille ergo progrediens in *Abysiam*. i. in partes illas nominabat se regem: et non furem: quia indecens est: q̄ aliquis sit fur: maius. i. melius et decentius erat: q̄ determinaretur a regnare: et diceretur rex: q̄ si vocatus fuisset s̄m indignitatem: et nominatus fuisset fur: ideo subditur. nō igitur furatur. i. ex eo: q̄ sic nominabatur: non appellabatur fur.



St autem et in syllabis peccare: si non sint delectabilis signa vocis: vtputa: Dionysius errarius appellat in elegijs clamorem Calliopez poesiz: q̄ ambo voces: praua autē metaphora eius significatiua vocibus.

Postq̄ determinauit de metaphora in vniuersali: hic magis specialiter determinat de ipsa. Et duo facit: q̄ primo ponit ea: que requiruntur ad metaphoram augumentare et diminuerē. Secunda ibi. **C** Adhuc enim similiter. **C** Ad metaphoram autem tria requiruntur. **M**etaphora enim si sit decens: debet esse ex propinquis: et congruis et debet esse clara: ideo tria facit: quia primo ponit metaphoram debere esse ex propinquis. **S**ecundo ex congruis. **T**ertio ex clavis. **S**ecunda ibi. **T**otaliter est bene. **T**ertia ibi. **A**dhuc autem tertium. **E**x propinquis autem nō est metaphora dupliciter. **P**rimo: si sit similitudo modica: quia que propinqua sunt alicui: non attingunt illud modicum: sed multum. **S**ecundo: metaphora non est ex propinquis: si sit ex communibus. communia enim dicuntur rem attingere: non ex propinquis: quia non ducunt in cognitionem rei secundum q̄ est in huiusmodi. ideo duo facit: quia primo dicit metaphoram debere esse ex propinquis: quia non debet esse debilis. **S**ecunda ibi. **A**dhuc autem non. **C** Dicit ergo: q̄ circa metaphoras contingit peccare in syllabis: vt quādo metaphora est indebita. **S**icut enim per subtractionem syllabarum non fit debita representatio dictionis: sic per subtractionē debitarum circumstantiarum fit indebita representatio metaphore: et non ducunt in cognitionem eius: propter quod metaphora est inducta. **P**onit autem exemplum dicens: vt si non sint signa delectabilis

vocis: vel melius: vt habet alia littera: si non fuerit proprium signum vocis. **D**ebet enim esse metaphora per propria: non per communia: et tunc delectatur: quia ex propinquo representat ea cuius est metaphora. **U**nde ait: vtputa Dionysius errarius in elegijs: id est in illis suis versibus sonos eris appellat clamorem. **D**ec autem metaphora est valde per communia. sic enim et fragor arborum posset appellari clamor. et Calliopez appellabat poesim: quia ambo voces. **D**ec autem metaphora est nimis praua: et sic significatur vocibus: nimis enim est per communia augere: appellare Calliopem poesim: q̄ Calliopez est quidam vox: et poesim quedā ē vox existit. **C** Deinde cū dicit.

Adhuc autē non de longe: sed ex cognatis et eiusdem speciei: transferre que non nominata nominando: q̄ pronunciatuz: manifestū est: quia cognitum.

Dilendit q̄ metaphora non debet esse debilis dicens: q̄ non debet esse de longe. **D**iuersimodī sunt ea: que debilius representant: sed debet esse ex cognatis: et ex his: que sunt eiusdem speciei: et eiusdem maneris: cuiusmodi sunt illa: que efficaciter representant. **S**ic ergo debemus transferre nominando et imponendo nomina etiam in his: que non sunt nominata. **E**o enim q̄ aliquid est pronunciatum: videbitur esse manifestum et cognitum: et videtur efficaciter representatum. **C** Deinde cum dicit.

Atputa in enigmate approbato. **V**irus vidit ignitum: enim super virum collisantem. i. adherere facientem. **I**nnominata enim passio. **S**ūt autem ambo appositio quedaz: collisim igitur dixit notans ventose appositionē.

Manifestat quod dixerat per exemplum dicens: q̄ hoc est videre in enigmate: id est in metaphora appropriata: vtputa in illo versu. **V**irus vidit ignitum enim super virum collisantem. i. adherere facientes. **I**sta metaphora est ex cognatis: cum aliquis propter suam viuacitatem appellatur es ignitum: et innominata passio appellatur. **N**on enim habemus proprium nomen ad significandum vnum: qui ex ipso intuitu facit homines sibi adherere: s̄z fingimus tale nomen: et nominamus ipsum collisantem. **E**x quo apparet quod superius tangebatur: videlicet q̄ possumus aliquid quando vti nominibus fictiuis. **A**ddit autem: q̄ ambo. s. ista duo. s. facere et adherere sunt vna appositio: et dicitur collisatio: collisim igitur dicit denotans appositionem ventose: vel ventosam: id est excellentem et gloriosam: q̄ propter gloriam et excellentiam vnus homo adheret alij.

C Deinde cum dicit.

Et totaliter ex bene enigmatizatis est metaphoras accipere congruas. **M**etaphore enim enigmatizantur. **Q**uare palam: quia bene tralate sunt: et ab honestis: honestas autem hec q̄ dem: sicut *Lichinus* dicit in sono: aut significato est turpitudine: aut eodem modo.

Dicit q̄ totaliter ex bene enigmatizatis: id est ex bene et congrue representatis cōtingit accipere metaphoras congruas. **E**nigma enim dici posset que libet representatio aliquo modo obscura. ideo subdit: q̄ quia metaphore enigmatizantur et transferuntur: ideo palam est: q̄ tunc bene sunt translate metaphore: q̄ ab honestis accipitur honestas: ita q̄ honesta per honesta figurantur: pulchra enim per noia pulchra et per res pulchras figurantur: ideo dicebat *Lichinus*: q̄ in sono quantum ad nomina: sive quātū ad voces: et in figurato

Rheto.

quantum supple debet esse pulchritudo: si pulchra representari debent. Et turpitudine eodem modo dicitur figurari per sonas turpes: et per res turpes. ¶ Deinde cum dicit.

C Adhuc autem tertium: quod soluit sophisticus sermonem: non intelligit. Sicut Brito. neminem turpe loqui: siquidem idem significat hoc per hoc dicere. Hoc enim est falsum: est aliud alio magis proprium: et assimilatum magis: et convenientius in faciendo rem pre oculis.

C Ostendit quod metaphora debet esse ex claris: quae est tertia proprietates metaphora. Haec autem proprietates soluit sermonem sophisticum: quia ex hoc aliquis sophisticatur: eo quod non intelligitur quod dicitur. Unde Brito dicebat: quod nullus turpiter loquitur: si idem significat hoc pro hoc dicere. cum enim sermo non intelligitur non magis significat unum quam alium. Si ergo tollitur intellectus sermonis: tollitur turpitudine significati: quia non loquitur unus pulchrius alio: nisi quod aliud significat hoc: quod dicit unum: et hoc quod dicit aliud. Ideo subdit: quod hoc est falsum. id est quod idem significet dicere hoc: quod habetur: quia est diuersitas ex significatione: et ideo aliud est alio magis proprium: et magis assimilatum et magis conueniens: et facit rem pre oculis. id est magis clara et intelligibile. Quod magis potissime est attendendum in metaphoris: quia metaphora clara esse debet: non quod nullam obscuritatem contineat: quia tunc non esset metaphora. Sic enim metaphora dicitur esse clara: quia est dicitur esse aperta: et sic dicitur esse aperta: quod est dicitur esse enigmatica. ¶ Deinde cum dicit.

C Adhuc autem non similiter habens significat hoc et hoc. Quare et ita aliud alio pulchrius et turpius ponendum. ambo quidem enim honestum: aut turpe significant. Sed non in quem honestum: aut in quem turpe: aut hoc quod dicitur: sed magis et minus. Ad metaphoras autem hoc est faciendum: aut ab honestis. Tales autem vocantur poetis: aut visu: aut alio aliquo sensu dicuntur.

C Postquam dedit proprietates metaphora: quia primo debet esse ex propinquis. Secundo ex congruis. Tertio ex manifestis. hic docet augmentare et diminuire metaphoras. Duo ergo facit: quia primo docet augere. Secundo diminuire. Secunda ibi. (Adhuc ibi diminutiva.) ¶ Circa primum duo facit: quia primo docet augere metaphoras ex aliquo considerato in se. Secundo docet hoc idem per adiectionem alterius. Secunda ibi. (Et in adiectiuis.) In se autem possumus augmentare metaphoram quantum ad laudem: quando illud: quod potest dici minus pulchre dici minus magis pulchre: vel quantum ad vituperium: ut quando illud idem: quod potest dici minus turpiter dici minus magis turpiter. Duo ergo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat per exemplum. Secunda ibi. (Differt autem dicere.) ¶ Dicit ergo: quod aliquid non similiter se habens. id est non similiter nominatum significat hoc et hoc. id est magis et minus turpiter: vel magis et minus pulchre. ergo secundum notationem ponendum est aliud alio pulchrius quantum ad laudem: et turpius quantum ad vituperium. Nam licet ambo. id est tam illud: quod significat minus pulchrum: quam illud: quod significat magis pulchrum: licet enim utrunque istorum significet quid honestum: vel licet utrunque significet quid turpe significant magis et minus turpe. Differentia est tamen in quantum honestum: quia non significat tantam honestatem unum sicut aliud: aut in quantum turpe: quia non tan-

Liber

tam turpitudine importatur per unum sicut per aliud: aut hoc quidem significant. ergo ambo. id est ambo significat pulchritudinem: vel turpitudinem: sed secundum magis et minus. Hoc vero est faciendum metaphoras: aut augmentando eos ab honestis: si volumus laudare: aut supple a turpibus si volumus vituperare. Tales autem: quas vocamus metaphoras differunt: aut potentia: aut visu: aut aliquo alio sensu. Alia autem littera: quod metaphora assumuntur maiora ab his: quae sunt bona. Nam quantum ad substantia: aut virtute quantum ad accidentalia: aut visu: et alio sensu quantum ad apparentiam. Et sic possemus concordare litteram: quod metaphora debent augeri: ut ab his: quae vocamus. Et dicimus quod sunt honesta: potentia: et virtute. id est in se: vel sunt talia visu et sensu. id est apparentia. Laudamus enim aliquem non solum per ea: quae sunt vere honesta: sed etiam per ea: quae apparent talia: et quod dictum est de honestis et laude: intelligendum est de turpibus et vitupio. ¶ Deinde cum dicit.

C Differt autem dicere: ut puta: redondactylus quam adhuc magis aut punicodactylus quam adhuc peius rubeodactylus.

C Manifestat per exemplum quomodo idem potest magis pulchre et minus pulchre nominari dicens: quod differt dicere: si aliquis nominetur redondactylus. id est odoriferus: adhuc quoniam magis pulchre nominaretur: si diceretur punicodactylus. id est floridus color: punicus est color cuiusdam floris: pulchrius est dicere de aliquo: quod sit floridus quam quod sit odoriferus: sed peius. id est minus pulchre nominaretur rubeodactylus. id est rubicundus. ¶ Deinde cum dicit.

C Et in adiectiuis est quidem adiectiones facere: aut a prauo: aut a turpi: ut puta magis violator: est autem a meliori: ut puta patris defensor.

C Ostendit quomodo per adiectiua possumus argumentari laudem et vituperium. Non enim solum unum et idem potest nominari magis pulchre: ut si dicatur rubicundus: sed uni et eidem possumus addicere magis et minus pulchrum: ut si diceretur aliquis floridus defensor: esset pulchrius quam floridus violator. Duo autem facit philosophus quia primo premitit intentionem suam. Secundo adducit exemplum ad propositum ibi. (Et Symonides.) ¶ Dicit ergo: quod in adiectiuis contingit sumere augmentum secundum laudem et vituperium: et possunt fieri adiectiones a prauo et turpi: ut si quis dicatur violator: vel a meliori et pulchro: ut si dicatur patris defensor. ¶ Deinde cum dicit.

C Et Symonides quando quidem dabat postquam vicerat mercedem modicam suis mulis nolebat poetizare tanquam contemnens ad semiasinos poetizare. Quando autem sufficiens dedit poetizauit. Gaudent filie equorum pedibus expeditorum: quamquam et asinorum filie essent.

C Adducit exemplum de Symonide: qui postquam vicerat: si dabat modicam mercedem suis mulis: nolebat poetizare: id est non burfabat: neque truffabatur: sed dicebat contempibile esse poetizare ad semiasinos. In hac autem adiectione nulli qui sunt semiasini: eo quod sint: ex equo et asino denominarentur a turpi: id est a peiori: quia ab asino. Sed quando Symonides dabat sufficientem cibum et sufficientem mercedem mulis suis: tunc poetizabat: et turpabatur: et non appellabat mulas suas semiasinas: sed nominabat eas meliores: quia vocabat eas filias equorum: unde ipse dicebat. Gaudent filie equorum expeditorum.

expeditorum pedibus. i. habentes pedes expeditos quos
et asinorum filii essent. Nulli enim nati sunt ex equa et asino: unde ibi equorum ponitur pro equarum: masculinus pro feminino. mula enim equidem non oritur ex equo: sed ex equa. **C** Deinde cum dicit.

C Adhuc idem diminutam fieri. Est autem diminutio: que minus facit et bonum et malum. Quomodo et Aristophanes irridens babilonijs pro auro quidem auriorum: pro indumento autem indumenticulum: pro maledictione autem maledictiunculam. Veri autem opus et obseruare in ambobus moderamen.

C Docet minuere laudem et vituperium dicens: quod contingit idem. i. eandem rem fieri diminutam. Diminutio enim est id: quod facit apparere minus bonum quantum ad diminutionem vituperij. Et ponit exemplum de Aristophane: qui irridens Babilonijs pro auro dicebat diminutiui auriorum: et pro indumento indumenticulum: et pro maledictione maledictiunculam. Addit autem: quod debemus vereri. i. timere: et cauere nobis: quod in ambobus. i. augmento et diminutione feruimus moderamen: quia non debemus nimis augere bona et mala: nec nimis minuere.



Aspida autem in quatuor sunt secundum locutionem.

C Postquam philosophus determinauit: quod oratio rhetorica debet esse propria. hic in parte ista ostendit: quod non debet esse abusua. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo quod in precedentibus fecerat mentionem de metaphoris: ne aliquis crederet: quod assimilatio esset idem omnino quod metaphora. ideo determinat de assimilatioe vana differentiam inter assimilatioem et metaphoras. Secunda pars ibi. (Est autem et assimilatio.) **C** Ad euidentiam autem primi partis est notandum: quod abusuum opponit ei: quod est proprium. Tot ergo modis potest fieri oratio abusua: quot modis potest fieri propria. Hoc autem contingit quadrupliciter. Primo si fiat per nomina fictitia. Secundo si fiat per aliena. Tertio si fiat per synonyma. Quarto si fiat per incongruentes metaphoras: que omnia patere possunt ex dictis. Posset autem addi quintus modus: ut quod fieret talis improprietas et abussio per equiuocam. Sed iste est modus sophisticarum: et rhetor non de facili labitur in modum sophisticum: sicut in modum poeticum. ideo illam abussionem de equiuocatioe tacet. Vel possumus dicere: quod ideo tacet eam: quia talis abussio computata fuit inter locos sophisticos. Duo ergo facit philosophus quia primo dicit: quod abusua locutio fit quatuor modis. Secundo exequitur de vnoquoque membro. Secunda ibi. (In duplici nominibus.) Dicit ergo primo: quod insipida. i. frigida et abusua: ut sonant alie translationes: sicut secundum locutionem in quatuor. **C** Deinde cum dicit.

C In duplici nominibus: puta Lycosron celum multarum facierum: seu magne virtutis terram: et radium autem stricti meatus: et ut Borgias noiauit pauperem: sapiens adulator et deierates: et ut Alcibidas manesiu quod est aiaz repletam: ignei coloris autem visum factum: et finis reportatiuus: puta ut promptitudinem ipsorum fore. Et finis reportatiuam persuasibilitatem orationum statuit: et subobscuri coloris maris pauimentum.

C Exequitur de predictis. Et quatuor facit quod quatuor exequitur de abussione. siue de improprietas: que reducitur ad nomina fictitia. Secundo de ea: que reducitur ad nomina aliena. Tertio de ea: que reducitur ad synonyma. Quarto et ultimo de ea: que reducitur ad incongruentes metaphoras. Secunda ibi. (Una autem uti linguis.) Tertia ibi. (Tertium autem in adiectiuis.) Quarta ibi. (Et Adhuc quarta.) **C** Notandum autem: quod ad nomina fictitia reducitur omnis circumlocutio. Fictitium enim est circumloqui aliquid: et nominare ipsum pluribus nominibus: quod potest solo nomine nuncupari: propter quod hec abussio: et si non est improprietas in poetica: est tamen quid improprium in rhetorica. In determinando autem de hac abussione duo facit: quia primo premitit quod intendit. et adducit plura exempla ad propositum. Secundo dat causas dicti ibi. (Omnia enim hec.) **C** Dicit ergo: quod in duplici nominibus. i. in circumlocutionibus: quia circumlocutiones fiunt per plura nomina: in talibus supple contingit fieri abussionem: ut puta Lycosron celum appellabat multarum facierum: quia forte sic circumloquebatur ipsum: quod in eo secundum dispositiones stellarum describitur multitudo imaginum. Et loco terre dicebat: aliquid magne virtutis: quod forte ideo dicebat: ut sonat alia littera: quia terra videtur esse genitrix populorum: et radium appellabat strictam viam: siue strictum meatum: quia radius videtur esse quid linea re. Et Borgias volens circumloqui pauperem dicebat: sapiens adulator: omnes isti sic loquentes deierantes. i. diuinentes: et denotantes. i. circumloquentes supple ut non debent. Adducit autem alia exempla dicens: quod Alcibidas manesiu inauia appellabat animam repletam malorum: repleti enim malicia est tendere ad vanitatem: visum autem appellabat factum ignei coloris: quia in visu videtur abundare lux et ignis: reportatiuus finis: et putauit fore promptitudinem ipsorum: id est et Alcibidas reportatiuam finis statuit esse persuasibilitatem orationum. Dupliciter enim quis reportat finem et intentionem: vel propter promptitudinem: vel propter persuasibilitatem. Et pauimentum maris obscuri coloris. i. sermonem obscurum: siue sermonem obscuri coloris appellauit pauimentum maris. **C** Deinde cum dicit.

C Omnia enim hec poetica propter duplationem videntur.

C Dat causam dicti: quia ista sunt impropria dicentia: quod omnia hec propter duplationem. i. propter circumlocutiones videntur esse poetica non rhetorica: vna igitur causa quare est abussio in locutione: est hec quare assignamus. **C** Deinde.

C Una quidem igitur causa hec: dico autem ut in linguis: ut puta Lycosron Hersem pelorum virum: et Syrosius vir: et Alcibidas a carina poesi: et nature atasculina: et metis iram.

C Ponit secundam abussionem: que fit per nomina extranea dicens: quod vna alia abussio fit in linguis. i. in ydiomate extraneo: ut supplet alia littera: ut puta Lycosron Hersem appellauit virum pelorum. i. virum magnum: ut habet alia littera: forte apud grecos extranee vir pelorus dicitur vir magnus et Syrosius: eo quod erat vir: quez homines stiebant dimittebat: et Alcibidas nominatus fuit a carina et poesi: quia forte in magna carina: et in magna copia erat poeticus. Vel forte erat multus iocosus poeta: poesis enim ad ludum vergit: unde alia littera habet: quod erat indus est stultitia: et nare atasculina appellat in iram mentis nare. Aut atasculina: ut possumus ex alia littera coniecturari: id est quod naturalis concupiscentia: que extranee

dicitur ira mentis: concupiscentia enim lz mentē p̄turbet nō tñ dicitur ira mentis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tertium autem adiectiuus vti: aut longis: ut in operationibus: aut spissim positis.

¶ Determinat de abussōe: quę reducit ad nomina synonyma. Ad cuius evidentiam notandus: q̄ fm̄ cōmentato rem in quarto metaphisicę synonyma sunt illa: quę dicit vnum z idem super vna ratione: pro quo idēz est. Omnis enim inutilis adiectio potest reduci ad illam abussionem. Ideo tertia abussio hic accipitur fm̄ adiectiua. In ponēdo autem hanc abussionem duo facit: quia primo p̄mittit quod intendit. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (In poesi quidem.) ¶ Dicit ergo: q̄ tertia abussio est vti adiectiuus: aut longis: vt in operationibus: aut spissim positis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In poesi quidem enim decet: lac album si dixeris: in oratione autem bec quidem indecētia. Hoc si sint importuna: arguūt z faciunt immanifestum: quia poesis est.

¶ Exequitur de intento. Et tria facit: quia primo ostendit qualiter z quomodo cōmittitur abussio: si vtamur adiectiuis importunis. Secundo si spissis. Tertio si longius. Secunda ibi. (Ita spissim.) Tertia ibi. (Homines autem.) ¶ Circa primum duo facit: quia primo dicit esse abussionem: si ponantur adiectiua importuna. Secundo probat quod dixerat ibi. (Quoniam maius facit.) ¶ Dicit ergo: q̄ in poesi decet: q̄ aliquis ponat ibi adiectiuum importunum dicendo. lac album: si enim in oratione rhetorica hoc dixerit: videbitur indecens. Addit ex hoc: q̄ adiectiua importuna. i. non inopportuna: si ponantur in oratione: ista sim arguunt: z manifestum faciunt: q̄ illa oratio nō ē rhetorica: sed poesis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam oportet vti ipsi: transmutatēni z mozem: z abducentem facit locutionem: sed oportet coniecturare medium.

¶ Probat tales locutiones non esse rhetoricas. Et tria facit fm̄ q̄ tria hic ostendit. Secunda ibi. (Quoniam maius facit.) Tertia ibi. (Non enim vt p̄dimento.) ¶ Prima ratio talis. Q̄ oportet vti ipsa adiectiuis: sed opportunis: vt spectat ad propositum: sed importunis non. Et est ratio: quia talis locutio transmutat z transcendit maiores rhetoricas: z facit locutionem abducentem. i. p̄uersam. oportet ergo coniecturare mediū vt non omittamus adiectiua opportuna: nec assumamus importuna. Formetur autem sic ratio. Quicquid transuertit mozem rhetoricus non spectat ad rhetorez: vti adiectiuus importunis est huiusmodi. ergo zc. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam maius facit malum q̄ fortuito dicere. Hoc quidem enim nō hz: q̄ bene at: hoc aut q̄ male. Propter q̄d ea: que sunt Alchidi mātis insipida videntur.

¶ Ponit secundam rationem. Q̄ talis est peior q̄ locutio casualis z fortuita: q̄ nō ē rhetorica: sed huiusmodi est dicta locutio. ergo zc. Q̄ autem loquens per adiectiua importuna facit maius malum q̄ ille: qui loquitur fortuito: p̄z quia fortuito loquens non de necessitate male loquitur. sed tamen fm̄ q̄ huiusmodi non habet: q̄ bene loquitur: sed loquens p̄dicto modo: semper loquitur q̄ male. Et quia talia erant eloquia Alchidimātis. i. illius poetę: ideo videbantur insipida z abussua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim vt condimento vtitur: sed vt edu

lio adiectiuis.

¶ Ponit tertiam rationem. Nam adiectiua nō sunt ipsius edulium: vel non se habent vt cibus: vel condimentus: q̄ sunt quedam adiacentia: z dantia quendam saporem glo quibz inquantuz clarificant quod dicitur. Qui ergo vtitur adiectiuis importunis: vtitur eis ac si essent cibus: z ac si essent substantia locutionis: cum sint condimentum: z adiectiua quedam. Formetur autem sic ratio. Ad rhetorem spectat vti dictionibus vt debet: vt vti cibo vt cibus: z condimento vt condimento: sed hoc non facit locutio continēs adiectiua importuna. q̄ talis locutio nō ē rhetorica.



La spissim positis z maioribus q̄ regranē: vtputa: nō sudorez: sz umidū: z non ad festa: sed ad ea: que festozum solēnitatem: z non leges: sz ciuitatū leges legales: z nō cursu: sz cursuali anime ipetu.

Et non museium: sed naturaz obtinens distrahentem solitudinem anime. Et non grossus: sed popularis gratie conditor: z dispensator delectationis audientium. Et non ramis: sed sylue ramis ascendit: z non corpus tenuit: sed corporis pudorem: z honorabile q̄rēs: eamq̄ anime concupiscentiam. Hoc autem simul: z duplum: z adiectiuum.

¶ In parte ista determinat de abussione locutionis: q̄ continet adiectiua spissa: vt cum aliquis illam eandem sentētiā: quam posset dicere per vnum nomen: dicit per multa. Et duo facit: quia primo dicit talem locutionēz eē abussiuam. Secundo dat causam dicti. Secunda ibi. (Quare poema fit.) ¶ Dicit ergo: q̄ ita etiam cōmittitur abussio adiectiuis positis ita spissim z superfluis: vt cum maiora z plura ponantur ibi adiectiua q̄ euentia requirat: vt si quis non diceret sudorem: sed humidum sudorem: superflue ibi additur humidum. Et non dicitur ad festa: sed ad eam solēnitatem: quę est festozum: z non leges: sed legales leges ciuitatum: z non cursu: sed cursuali anime impetu. in omnibus his est quedā superflua locutio. Sic etiaz si quis volens dicere museium. i. musam: z scientiam dice ret musę: sed obtinens naturam distrahentem sollicitudinē animi: scientia enim naturam perficit: z distrahit a sollicitudinibus alijs. Et si vellemus dicere de aliquo: q̄ est grossus: diceremus q̄ est conditor gratię popularis: z dispensator delectationis audientium: inquantuz facit audientes delectari. Et nō diceremus ramis: sed sylue ramis ascendit: superflue ponitur ibi syluę: z non corpus tenuit: sed tenuit corporis pudorem: z querens eam honorabilem concupiscentiam: quę est anime. Continentes enim corpus z anime passionēz continent se z obseruāt se a pudoribus carnalibus: z honorabilia querunt: z non cōcupiscunt. Addit autem: q̄ omnia hęc sunt simul duplum z adiectiuus: quia in omnibus his sunt duplicantes z circūlocutionēz: z adiectiua superflua. ¶ Notandum autē: q̄ sicut in vno z eodem sopbismate possunt cōcurrere plures fallacię: sic in vno z eodem vitio possunt concurrere plures abussōes: ideo vna z eadez locutio potest esse importuna spissa z lz ga aliter z aliter accepta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare poema fit: z ita innuebat malicie excessum: propter quod poetice dicentes indecētia: ridiculositatez: z insipiditatez faciūt: z obscuritatez

scuritatem propter nugacitatem. Cum enim cognoscenti proponuntur: dissoluerunt euidentiā et superintendere.

Dat causam: quare tales locutiones non sunt rhetorice dicentes: quia in talibus locutionibus est poema: et in eis inuenitur excessus malicie propter superfluam locutionem. Talia ergo sunt poetica et continent indecentiam: et ridiculositatem. id est abusionem et obscuritatem faciunt propter nugacitatem. id est propter superfluam repetitionem. Quod autem faciant obscuritatem manifestat cum dicit: quod proponuntur talia cognoscenti et scienti soluant euidentiā. id est tollunt claritatem reddunt enim locutionem obscuram propter superintendere. id est propter superflue intendere. et si talia dicta sunt obscura cognoscentibus: multo magis sunt obscura ignorantibus. Non ergo sunt rhetorica: quia omnino rhetorica debent esse clara. **D**einde cum dicit.

Homines autem duplis utuntur: cum innotatum fuerit: et cum sermo est bene componibilis: ut puta: canotribem. tempore demorari. Sed si multum: semper poetice.

Ostendit quomodo sit abusio per adiectiua longa. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo dat utilitatem talium elocutionum. Secunda ibi. **P**ropter quod maxime. **D**icit ergo: quod homines potissime utuntur duplis. id est circumlocutionibus: et adiectiuis: siue locutionibus longis quasi sed: de quo loqui volunt sunt innominata. et potissime si sermo sit bene componibilis: ut puta canotribem: que est dictio bene componibilis: et hec dictio canotribem significat idem quod demorari per tempus. Et si tale adiectiuum fuerit multum. et in his: que superflue componuntur: sicut adiectiuus longis: semper est poeticus et abusuus. Ponit autem et utitur philosophus in hoc loco adiectiuo: non prout distinguitur contra substantiuum sed pro omni adiectione. **D**einde cum dicit.

Propter quod maxime utilis dupla locutio his: que tytarabum faciunt: hi minime proficiunt. Lingue autem versificatoribus venerabile enim et licentiatum. **M**etaphora autem iambicis his. non nunc utuntur: sicut dictum.

Ostendit quibus est utilis talis locutio dicens: quod locutio dupla. id est longa et replicata utilis est his: qui faciunt tytarabum. id est his etiam qui faciunt sermones legales incutiētes terrorem corporibus: et verecundiam animabus: ne committantur illicita. Tales enim non potissime videntur esse probrosi: quia dicunt obprobria malefacientibus. talibus enim utile est replicare: ut magis timorem incutiant. Addit autem quibus est licitum in talibus dicens: quod lingue. id est poeticę: que potissime consistit in locutione: et versificatoribus predictum eloquium est ut venerabile et licentiatum. Versificatores enim sic loquendo metaphoras: aut iambicis. id est transferunt se ad versus iambicos: quia ut dictus est versificatores utuntur talibus versibus. Dicebat enim supra: quod dimiserant versus hexametros: et adheerant iambicis. **D**einde cum dicit.

Et ad huc quarta insipiditas in metaphoris sit. Sunt enim et metaphore indecentes. He quidem propter ridiculum: utuntur. non. et fortiores comedie metaphoris. He autem propter vetustatem nimiam: et turgitatem: obscure autem si a longe.

Determinat de abusione circa metaphoras. Et duo facit. quia premitit primo quod intendit. Et ostendit quot modis sit talis abusio. Secundo determinat de membris distictionis. Secunda ibi. **U**t puta Borgias. **D**icit ergo: quod quarta insipiditas sit in metaphoris. Addit autem quot modis sit talis abusio. quia duobus modis. Dupliciter. non sunt metaphore indecentes. primo propter ridiculum: ut si sint nimis apparenter derisorie. Nam fortiores comedie. id est comedie satyricę: que sunt fortes: et reprehensibiles utuntur huiusmodi metaphoris nimis apertis et ridiculis ad reprehendum: et increpandum alios. De autem. id est alio modo sunt metaphore indecentes: si sint nimis clausę propter nimiam vetustatem sermonis. hoc est sunt nimis obscure: propter turgitatem. id est propter obscuram picturam poeticam: et maxime sunt tales: si sunt a longe: et si sumatur metaphora a remotis. **D**einde cum dicit.

Ut puta Borgias viridia et sanguinea habetia negocia: tu autem hoc turpiter festinasti: et male mesuisti: poetice enim nimis.

Exequitur de predictis. Et duo facit: quia primo exequitur de metaphoris: que sunt indecentes: quia sunt nimis aperte. Secundo de his: que sunt nimis clausę. Secunda ibi. **E**t ut Alcidas. **D**icit ergo: quod metaphora est nimis aperta et indecens: ut puta: illa que dicebatur Borgias. ut aliquis habebat negocia sanguinea. id est turpia et viridia: quia recenter fecerat illa mala: dicebat ei tu turpiter festinasti: et male mesuisti. Ita metaphora erat nimis aperta: forte erat nimis consueta: ideo eam appellat nimis poeticam. id est nimis ridiculosam. **D**einde cum dicit.

Et ut Alcidas philosophia superstructuram legum: et odysseyam honestum humane vite speculum: et nullum iudicium poetę afferens. Omnia enim hec imperuasua propter ea: que dicta sunt.

Ponit metaphoras nimis obscuras. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo ponit ea: que reddunt ad talia eloquia ibi. **I**llud autem Borgie. **D**icit ergo. quod Alcidas faciebat metaphoras nimis obscuras: quia philosophiam appellabat superstructuram legum: quia structura et adiectio philosophica excedebat editionem legum: ideo erat super leges: et odysseyam. id est illum honestum: vna alia littera habet Ulysses bonum appellabat speculum humane vite. In talibus enim dictis non profertur secundum poetam aliquod iudicium. id est aliquod ridiculosum. Predictus enim modus est nimis clausus et philosophicus. Qui enim bene sunt scientes laborant ad intellegendum: quomodo honestum est speculum humane vite: et est regula humanorum actuum. Addit autem: quod omnia hec sunt imperuasua propter ea: que dicta sunt: ut quia sunt nimis aperta: vel nimis clausa: et ideo sunt metaphorica. **D**einde cum dicit.

Illud autem Borgie ad byrundinem: quoniam aduersus volans dimisit superfluum. Optima tragicorum. Dixit. non. tibi turpe o Philomena: alij quidem enim si fecit non turpe: virginis autem turpe. Bene igitur male dixit dicens: quod dixit erat: sed non quod erat.

Ponit quedam dicta: que propter suam obscuritatem reddunt ad predictum modum dicendi. Et sunt duo: quorum primus est: quod Borgias dicit ad byrundinem: quod volans aduersus ipsam dimisit superfluum. id est dimisit stercorea cadere super eam. Stercus

enim est de superfluo nutrimenti. hoc autem est obscurum: quia non quilibet per superfluum intelligeret fecerit enim dicitur: sed quod dixit optima tragicorum. illa persona: que sciebat optime componere tragedias. Nra ista hinc turgio: sed littera falsa: ut per aliam translationem. Dixit autem o Philomena. id est tu sic vocaris: si quis fecisset que tu fecisti: non fuisset ei turpe tibi quod diceris virgo: est turpe quod fecisti dicens bene. id est recte. Male dixit ei quantum ad id: quod est: quia forte fuerat prius mala: que nunc est bona. in talibus enim locutionibus potest esse obscuritas propter variationem temporis: quia aliquo enim tempore aliqua sunt clara: quod post tempus: variatis negotiis: sunt obscura.



D St autem et assimilatio metaphororum differt. enim modicum. Cum enim dicat Achilles ut leo fremuit: assimilatio est. Quia autem leo fremuit metaphororum. Propter quod non esse verisimiles appellavit transferens in leonem Achillem.

In parte ista determinat de assimilatione. Et tria facit: quia primo dat ordinem inter assimilationem et metaphororum. Secundo ostendit ad quid est utilis assimilatio. Tertio adducit multa exempla de assimilatione. Secunda ibi. (Utilis autem: quia metaphororum large accepta includit assimilationem aliquo tamen modo sumpta metaphororum differt ab assimilatione: ideo ait: quia assimilatio est quedam metaphororum. differt tamen modicum ab assimilatione. ideo ait: quia assimilatio est quedam metaphororum. differt tamen modicum vna ab altera: quia in assimilatione ponitur ut et quasi: si quis dicat. Achilles fremuit ut leo: vel fremuit quasi leo: est ibi assimilatio: sed cum dico. Leo fremuit: et per leonem intelligo Achillem: est ibi metaphororum. propter hoc enim quod ambo. id est leo et Achilles sunt similes. id est transferimus Achillem in leonem. Deinde cum dicit.

Utilis autem assimilatio et in oratione. raro autem. Poeticum enim ferende quemadmodum metaphororum. Metaphorum enim sunt differentes eodem

Determinat de utilitate illius assimilationis dicens: quia assimilatio est utilis in oratione rhetorica: non tamen est frequenter: sed rara: et cum expedire est vitanda. Siquis enim assimilatio non est quid rhetoricum: sed poeticum. hinc enim assimilatio sunt ferende. id est tolerande: sicut et metaphororum. Differunt tamen hec ab illis: sicut dicitur. Illud enim dicitur tolerari: quia permittitur: et causa necessitatis sustinetur. Deinde cum dicit.

Sunt autem assimilationes: ut puta ad ydreia quia similes bis: qui sunt in vinculis catulis. Illi enim incidetes mordet: et quia ydreia soluit ex vinculis ipsum contingit esse seivum. Et quo Theodamas assimilabat Alcibiadum Euxeno geometrizare ne scienti. Ex proportionali erat Euxenus et Alcibiadus geometricus.

Ponit multa exempla. Et duo facit: quia primo ponit dicta exempla. Secundo docet ex assimilationibus facere metaphororum: et conuerso. Secunda ibi. (Omnes autem has.) Prima assimilatio est: quia quidam poeta ydreia assimilavit catulis: quia canes mordent eos: qui incidunt cordas: cum quibus ligantur: sic ydreia solutum esse ex vinculis contingit esse seivum. id est crudelem contra eos: qui solunt ipsum. Et enim ydreia in hoc loco casus accusatiui: quia nomina greca faciunt accusatiuum in am: vel in a: ut ydreiam

vel ydreia. Consequenter tamen dicit. (Et quo Theodamas) Ponit secundum simile: quia Theodamas. id est ille poeta assimilabat Alcibiadum Euxeno ne scienti geometrizare: quia proportionaliter Alcibiadus erat quasi Euxenus geometricus. Et forte ideo inoleuit istud proverbius quia Alcibiadus volebat se intrmittere de mensura terrarum: cum non plus sciret de geometria quam Euxenus. id est ille rusticus. Deinde cum dicit.

Et inde est: quia in politica Platonis: qui mortuos spoliant: assimilatur catulis: qui lapides mordent iacentium non tacti.

Ponit tertiam assimilationem: quia Plato in sua politica assimilabat expoliatores mortuorum canibus. Canes enim cum aliqui pyciunt eis lapides: etiam si non sint tacti a dicitur lapidibus: currunt post eos: et mordent: sic illi cum non tangant a mortuis: mortuos expoliant. Deinde cum dicit. Et ille ad populum: quia assimilatur naute forti quod est surdo. Sunt autem et illi ad metra poetarum: quia assimilantur bis: qui sine pulchritudine formosi. Hi quidem enim cum efflouerint dissoluta non similia videntur.

Ponit aliam assimilationem: quia quidam assimilant quem dicitur populum naute forti et surdo. Et forte ideo fecit: quia populus ille erat magnae potentiae: sed non erat susceptibilis disciplinae. Adducit aliud simile: quia metra poetarum assimilant formosi sine pulchritudine. Appellat hic formosi sine pulchritudine: qui se formant coloribus: et formositate alienis: qui enim sic formosi sunt: cum efflouerint: cum euaporant ille color appositus: non videntur pulchri: sic et metra poetarum cum dissolventur: non apparent pulchra: id est si sententia illa dicat profane: delectat. Deinde cum dicit.

Et Pericles dicit Samios assimilari ipsis pueris: qui cibos quod suscipiunt: plorant autem. Et quasi ad violentos: quia similes pinnis. Pinni enim a seipsis defecti: et violenti adinvicem pugnant. Et Demosthenes populus: quia similis est nauibus nauigantibus.

Ponit aliam assimilationem: quia Pericles dicit Samios. id est illas gentes assimilari ad ipsos pueros: quia cum accipiunt cibum plorat. sic forte illi homines de suis benefactoribus murmurabant. Alia assimilatio est: quia violenti superbi sunt similes pinnis. Pinni enim sunt quedam arbores alte: que vento concusse seipsas deiciunt: sic et violenti elati per superbiam contra seipsos pugnant. Et Demosthenes assimilavit quem dicitur populum nauigantibus: quod forte ideo dixit: quia populus ille erat instabilis. Deinde cum dicit.

Et ut Democritus assimilavit rectores nutricibus: que cibum deglutientes salina pueros liniunt. Et ut Antisthenes Luchisodocum tenuem thuri assimilavit: quia peremptus letificat.

Ponit aliam assimilationem. quia Democritus rhetores et gubernatores civitatum assimilavit nutricibus: que cum pueros cibant maiorem partem cibi deglutiant: et de residuo cibi: quod est quasi salina pueros liniunt: et mitigant. sic et principes cum tyrannicant possessiones civium accipiunt: et verbis eos mitigant. Et Antisthenes quem dicitur hominem: qui vocabatur Luchisodocus tenuis assimilavit thuri: quia sicut thus combustum et mortificatum refolet et letificat: sic ille homo: quia forte malus erat: peremptus letificavit populum. Deinde cum dicit.

Omnes

COmnes autem has et ut assimilatiōes: et ut metaphoras licet dicere. Quare que cum utique approbate fuerint: ut metaphore dicte palam: quae et assimilatiōes metaphore rōne indigentes.

Docet ex metaphoris facere assimilatiōes: et eōuerso. Notandū autē quod metaphora sumit: cum aliq̄s introducit sub specie alterius: ut si sub specie celi intelligantur principes. Sēper ergo in metaphora, p̄no exponitur aliud: s̄ assimilatiō: ut dictum est: habet fieri: cum aliquid comparatur ad aliud. ego dicere ut si leo est timendus: et per leonē intelligerem Achilem: esset ibi metaphora: sed si dicerem Achiles ut leo est timendus: quae in hac locutione nō intelligerē unum per aliud: nō esset ibi metaphora: quae est idē quod transformatio: sed est ibi assimilatiō et proportio. Assimilatiō ergo est planior: et minus habet de improprietate. Cum ergo quicquid dicitur metaphore: possit dici assimilatiue: ponendo ibi: ut quasi sicut quae assimilatiōne importat: semper ex metaphoris possumus facere assimilatiōes: et eōuerso. Duo ergo facit: quia primo dicitur ex dictis exemplis possumus uti ut assimilatiōibus et metaphoris. Secundo dat quādam regulā generalē: p̄m quā debemus accipere metaphoras et assimilatiōes. ibi. (Semper autē op̄s.) Dicit ergo: quod oēs has p̄positiones: et oīa p̄dicta exempla: licet dicere ut assimilatiōes: et metaphoras. igitur quicquid metaphore fuerant approbate possumus uti illis: ut assimilatiōibus. Assimilatiōes enī sunt metaphore indigentes rōne. i. rōnabiles assimilatiōes. **D**einde cum dicit.

Semper autem oportet eam metaphoram ex proportionali reassignare: et alterutra: et in homogeneis. puta si phiala scuti bachii: et scutum congruit dicere phialā martis: oratio quidem igitur componitur ex his.

Dat quādam vltimā. s. metaphoras ad assimilatiōes: quae oīa talia debent sumi ex p̄portionalibus: et ex alterutra: et ex homogeneis. op̄s enī assimilata alterutra: ad se inuicē eē p̄portionalia et homogenea: ut si phiala sit scuti bachii: op̄s scuti sit phiala martis. Bachus enī est deus vini: potatores enī pro scuto habēt cippi et potū: siue phialam: Mars est deus belli. Bellatores autem pro phiala et pro cippo habēt scutū. p̄grue ḡ dictū est: op̄s cippius est scutum potatores: scutū est, cippus bellatores. **E**pilogat quod oratio rhetorica cōponit ex his metaphoris: et ex his s̄libus: aliter pot̄ introduci epilogus: et melius: quae oratio rhetorica et assimilatiua cōponit ex his. i. ex p̄portionalibus et homogeneis.



St autē principale electionis grecizare. hoc autem est in quinque.

C Postquam phis ostēdit quod oratio debet esse p̄pria: et quod nō debet esse abusuua: in parte ista ostēdit quod oratio debet esse cōgrua. Et duo facit: quae primo in speciali assignat quēdam documenta ḡnalia: quae requirunt ad cōgruitatem eius. ibi. (Totaliter autē op̄s.) Circa p̄mū duo facit: quae p̄mo p̄mittit modos: quibus cōtingit incongrue loqui. Secundo exegit de uno quoque mēbro. Secūda ibi. (P̄cipiū ḡdē.) Dicit ergo: quod principale vitii locutionis est grecizare. i. barbarizare siue cōmittere barbarismū. Accipit autē hic barbarismus large pur̄ includit solecismū: et vicia annexa. huius autem barbarologizatio quātū ad p̄sens sit quinque modis. **D**einde cum dicit.

Pincipium quidem cōiunctionibus si assignet quis ut apte nate sint priores: et posterio

res inuicem. ut puta quedam requirere. hec quidem: et ego quidem requirunt: hanc autem: et hanc vero.

Exigitur de dictis modis. Ad cuius evidentiā notādū quod ut dicebat superius. sic in uno et eodē argumēto p̄nt assignari diuerse fallacie: sic unū et idē peccatū rhetoricū pot̄ dici abusuua: et incōgruitas: p̄pter hoc nō est incōueniens h̄ tangi aliqua: quae vident esse dicta in locutione inspida: siue in locutione abusuua. Quinque autē facit in hac parte p̄s quae quinque incōgruitates ponit. Nam primo ponit incōgruitatē sumptā penes cōiunctiōes. Secūdo penes noīa. Tertio penes orationes. Quarto penes genera. Quinto penes n̄meros. Secūda ibi. (Secūda autē.) Tertia ibi. (Tertium non dnbys.) Quarta ibi. (Quartū ut Pythagoras.) Quinta ibi. (Quintū in eo quod.) Circa p̄mū duo facit: p̄m quod in cōiunctionibus dupl̄ cōtingit peccare. Primo quantū ad ordinē. Secūdo quantū ad multitudinē et quantū ad lōgas suspensionem. (Secūda ibi. (Op̄s autē donec.) Dicit ergo: quod p̄ma incongruitas est attendenda quantū ad cōiunctiōes: ut si quis assignat eas prout sunt apte nate: quēdam enī cōiunctiōes sunt pores: quae sunt ordinis p̄e p̄positiui: et quaedam posteriores: quae sunt ordinis subiunctiui: ut ille quae dicimus: quā semper p̄ponit enī: ego quidem postponitur: ut hec dictio quidem. Dicimus enim: ego quidem: et postponitur quidem non p̄ponit: quēdam vero cōiunctiōes reliquit hanc ordinationē: quia p̄nt p̄poni: ut vero p̄nt etiam: et reperiuntur etiam illae quae sunt ordinis cōmuniū.

Notandus autem: quod hic accipitur cōiunctio large p̄ oibus p̄tibus orōnis sicut cathegorematicis: quarū p̄ma p̄ p̄ponitur: sicut p̄positiones: quae semper p̄ponuntur nunquam postponunt in ordine partium orationis: exceptis quibusdā partibus: ut mecum: tecum: et ceteris: de quibus nō sit nobis cura: sic etiam semper p̄ponunt cōiunctiōes p̄positiui ordinis: quēdam vero dictiones semper postponunt si ḡ in his nō seruemur ordinē debitū: peccamus. **D**einde cum dicit.

Oportet autem donec memoria fuerit respondere inuicem: et neque longe dependere: neque cōiunctionem ante cōiunctiōne assumi p̄ter necessariam. **R**aro enim congruit.

Determinat de secūda in cōgruitate. Et duo facit: quae p̄mo p̄ponit dictum vitii. Secūdo manifestat quod dixerat p̄e p̄mū. ibi. (Ego autem.) Dicit ergo: quod op̄s vitii cōiunctiōibus non longis. sed debent respondere sibi inuicē: et nō facere longā dependentiā: t̄n enī debet dependere cōstructio locutionis donec memoria nostra bene recorderet p̄cedētū et sequētū: et sciamus: quae cū quibus sunt cōstruenda et nō debemus ponere cōiunctiōne ante cōiunctiōes nisi raro: ut quā est necessariū: sed p̄ter necessariū nō est siendum. **D**einde cum dicit.

Ego autem: quā mibi dixit. Venit enim Cleo deprecans: et dignificans: ambulabā recipiēs eos. In his enim multe cōiunctiōes p̄missae sunt ante respondēdam cōiunctiōne. Si autē multum quod in intermediis fiat eius quod est ambulabam obscurū. Anū quod quae itaque: quod quidem bene in cōiunctiōibus.

Manifestat quod dixerat p̄ exēplū: ut si quis diceret. Ego autē quā Cleo venit. et dixit mibi dignificans et deprecans me: et ambulabā recipiēs ipsos: in his enī locutionibus multe locutiones p̄missae sunt ante cōiunctiōne respondēdam: id est anteq̄ deueniat ad verbū: quod debet cōiungi et respondere s̄u notatiuo. Nā in dicta locutione: ego cōstruit cū ambulabā: t̄n inter illa duo sunt multe cōiunctiōes et par

Rhetori.

ticule intermisit. Ideo subdit: q̄ si sit multū itermedius inter hāc dictionē ego ⁊ ambulabā: est obscurū eloquiū: obscurā enī locutionē faciunt recessus a p̄po v̄bo: v̄nū q̄d q̄z ergo in orationibus ordinandū est bene s̄m debitas cōiunctiones. ¶ Deinde cum dicit.

CSecundū autē proprijs nominibus dicere ⁊ non ambientibus.

CDeterminat de sc̄da incongruitate: q̄z nos debemus vti noibus p̄p̄ijs: ⁊ nō cōibus ambientibus multa. Incongrua enim sunt talia: quę reddūt locutionē obscurā. ¶ Deī. 22.

CTertium non dubijs: hoc autē si nō cōtraria velint: q̄d quidē faciunt cū nihil quidēz habeant dicere: fingunt autē aliquid dicere. Tales enim in fictione dicunt hoc.

CDeterminat de tertia incongruitate: ⁊ duo facit: q̄z p̄ ponit incongruitatē ipsas. Sc̄do expōit q̄d dixerat p̄ exē. ibi. ¶ Ut puta empedocles. Dicit q̄z 3^m incongruitatis gen^o est: q̄z nō vtamur dubijs orationibus: q̄z vtredo dubijs p̄mittim^o incongruitatē. Doc autē. i. huius orationis nō dubie sint. si nō velint cōtraria q̄ appareant dicere: sed si cōtraria apparēt dicere q̄ velint: tunc sunt dubie: q̄si dubitare faciunt hoies: q̄ nihil habēt dicere: ⁊ nesciunt quid dicūt: p̄pter q̄d tales fingūt dicere aliqd: fingēdo hęc eloga dubia. ¶ Deīde cū dicit.

CAtputa Empedocles. Simulant enīz p̄ circuitum: cū sit multus: patiuntur auditores.

CExpōit q̄d dixerat per exēplū: ad cuius euidētā notandū: q̄z tā in agibilibus q̄z in speculabilib^o hoies p̄p̄ ignozātiā loquunt^o dubia. Doctrina enī prudentiū est facillia: si gnū oīno scientis est posse docere: sed cū hoies ignozāt veritatē: vel loquūt^o dubia: quę oī intellectu carent: vel dicunt dubia: quę p̄nt trahi ad diuersos intellectus: sicut in agibilibus cōtingit. Q̄z cū isti diuinatores quid sit fidē enūciant: nunq̄ debēt aliqd determinare: q̄z veritatē futurorū nesciunt. Duo ergo facit: q̄z p̄mo dicit quō cōtingit loqui dubia in speculabilibus. Sc̄do in agibilibus. Sc̄da ibi. ¶ Q̄d quidē multi. Dicit ergo: q̄z aliq̄ loquūt^o dubia speculabiliter: sicut empedocles simulabat se loqui scientifica faciens eloquioz circuitū: ⁊ q̄z multas circuitu locutiones proferebat: licet nihil determinate diceret: patiebant^o tū auditores credētes ipsum bene dicere. ¶ Deīde cū d.

CQ̄d quidēz multi a diuinatozibus. Cū enim dixerint dubia cōambiant Charosius Alencū trāsserit: magnū principatū dissipabit.

COstendit hoc idē contingere in agibilibus. Et duo facit q̄z p̄mo facit q̄d dictū est. Sc̄do dat cām dicti. ibi. ¶ Et q̄z vniuersalr. Dicit ergo: q̄z multi patiunt^o hoc idē a diuinatozibus: cū nō dicant nisi dubia. Isti enim diuinatores nihil certū dicunt: sed in quadā cōfusione ⁊ v̄litate diuināt. Dicunt enīz cū Charosius. i. cū ille dominus: vel ille alius dñs Alen trāsserit: magnū principatū dissipabit: nunq̄z tū determinat: q̄si istud debz esse. ¶ Deīde cum dicit.

CEt quia v̄lter minus est peccatum per ḡna negocij: dicunt diuinatores pertinet vtiq̄z q̄z ⁊ magis vtūt^o diuinationibus paria aut iparia dicētes magis q̄z quot h̄nt: ⁊ q̄z erit: quot ⁊ quādo: p̄p̄ q̄d veraces non determinant vnq̄z oīa itaq̄z hec similia. Quare si non tale alicuius gratia: fugiendum.

CDat causam dicti: quare sic v̄l loquunt^o diuinātes dī. q̄z hoc cōtingit: q̄z in ḡnali minus homo decipit aliq̄: si quę

Liber

reret ab eo: q̄z diuinaret de aliquo numero: ⁊ ille respōderet in v̄l: q̄z esset par: vel impar: q̄z si respōderet in particulari: esset dōm quot eēt. Sic etiā nos minus cōp̄prehendimur in mēdacio: si dicimus q̄z erit: q̄z si diceremus: q̄z hoc esset. ideo vates ⁊ p̄phetę gentiliū siquā rem p̄noscabant: ne cōp̄prehenderent in mendatio: non dēterminabant tempus. Addit autēz: q̄z oīa ista sunt similia. i. oīa talia eloquia sunt dubia. Ideo per se sūt fugiēda. Possunt tamē tollerari alicuius necessitatis gratia.



Partum vt Pythagoras genera nominū dixit: dimisit masculina: ⁊ feminina: ⁊ instrumentalia. P̄por tet enim assignare: ⁊ hec recte hec progressa: ⁊ allocuta recedit.

CIn parte ista dēterminat de quarto mō incongruitatis dicens: q̄z quartus modus est ille: quē comitebat Pythagoras: q̄z dimittebat genera nominū: masculina: feminina: ⁊ instralla: ⁊ neutra: vt sonat alia lra. Iste modus incongruitatis q̄z in locutione est discordātia generū: vnde ille dimittebat genera: q̄z non curabat de icōgruitate generū. Ideo subditur: q̄z hęc. i. genera opz signare recte: vt loquēdo de muliere loquunt^o in feminino ḡne. nō masculino: hęc est p̄gressa ⁊ locuta recedit. ¶ Deī. 22.

CQuintum in eo q̄z multa ⁊ pauca: ⁊ vnū recte nominare: aduenientes autē vberabāt me.

CDicit q̄z quintū genus incongruitatis est s̄m numerū: q̄z multa debemus noīare vt multa ⁊ pauca: vt vnū aut de multis debem^o dicere in plali dicēdo aduenientes vberabāt me. ¶ Notandū autē has quinque incongruitates sic posse accipi: q̄z oīs incongruitas vel sumit originē ex significatis vel ex modis significādi. Si ex significatis duplr: q̄z hui^o significatū vel est simplex: vt dicitio: v̄l compositū: vt oratio. Si ē simplex: hoc etiā est duplex: q̄z vel est sincathegorica. i. p̄significatiua. Huius sūt aduerbia p̄iunctioēs ⁊ cetera talia. ⁊ s̄m hoc sumit primus modus incongruitatis: ⁊ talia nō assignamus vt debemus. Si vero huius dicitio sit significatiua: sic sumit secūdus modus icōgruitatis: q̄z non vtimur p̄p̄ijs noibus. ¶ Notandū autē: q̄z hic loco noīs ponit quęlibz pars significatiua: sicut in ipso mō per cōiunctionem intelligebat quęlibz pars cōsignificatiua. Ipsa enīz verba s̄m se sumpt. noīa sunt: ⁊ participiū pronōie ponit: q̄z partē capit noīs: partēq̄z verbi. Si v̄o hui^o significatū sit cōpositum: sic sumit tertius modus: qui h̄t ex eo: q̄z loquimur orones dubias. Tres s̄m sumunt modi penes significata. duo v̄o alij accipiunt penes modos significandi. Ad modos autē significādi reduci p̄nt oīa accidētia tā noīs q̄z verbi. Huius autē accidētia p̄inētia ad modos significādi: vel sunt ea: in quibus distinguit nomen a verbo: vt masculinū ⁊ femininū: ⁊ cetera genera: ⁊ sic accipiunt quartus modus: qui sumit penes discordantias generū: vel in huius accidentibus: cōuenit nomen cū verbo sicut numerus singularis ⁊ plalis: ⁊ sic est quintus modus: qui accipit penes discordantias numeroz. ¶ Deīde. c. d.

CTotaliter autē opz facile legibile esse q̄z scriptū est: ⁊ facile edisseribile. Est autē idipz q̄d q̄dem multe cōiunctiones non habent: neq̄z q̄ nō facile p̄ictare: sicut ea: que Eracliti. Ad enī q̄d Eracliti p̄icta est laboriosum: q̄z immanifestū est viro: adiaceāt ei: q̄d posteri^o: aut ei: q̄d prius: vt puta in principio ipsius libri: aut enīz sermōis optū sp̄ iperspicaces hoies sūt. Junctū enim

ctū enim id: qđ est semp: cū quo punctādum.

¶ Dat quēdā documenta gñalia ad cōgruitatē. Nam locutio congrua ⁊ clara trīa habere debz. Primo debz esse bene distincta ⁊ punctata. Scđo debz esse bene ordinata. Tertio debz esse bene constructa ⁊ cōnexa. Tria ergo faciunt: pmo ostēdit: p cōmittitur incōgruitas: si nō sit oratio bene distincta ⁊ punctata. Scđo si nō sit bñ ordinata. Tertio si nō sit bene p̄nexa. Scđa ibi. (Adhuc b̄ faciūt.) Tertia ibi. (Obscura autē si nō.) Dicit ergo: qđ oratio scripta debet esse facile legibilis: ⁊ facilliter edisferibilis. id est declarabilis ⁊ intelligibilis. Iste autē modus locutionis: qđ nō est facilis ⁊ apertus: est ille: in quo nō sunt multę locutiones. i. non sunt ibi tot cōiunctiones: quot requirit locutio: ppter defectū enī eorū non est facile punctare. Vniſ erant dicta Eraclitus: que laboriosum erat punctare: ⁊ non erat manifestū. vtrū dictio adiaceret: ⁊ copularet eū: qđ potestius: vel ei quod prius. nam in principio libri sui dixit Eraclitus: qđ sermonis oportuni semp in p̄spitate sunt homines. In huius enim locutione ppter defectū cōiunctionis incertū est: cū quo sit punctandū semper. vtrū cū oportuni: vel cum prosperitate. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc hoc faciūt soloecizare ⁊ reassignare qđē: si nō ad iūgas ambobus congruit: vtrū puta aut sonum: aut colorem. hoc quidez vidēs nō cōmune: hoc autem sentiens cōmune.

¶ Ponit scđam incōgruitatē: que cōtingit ex defectu orationis: qđ enim nesciamus: que dictio cū qua sit coniungēda: dupl̄ pōt contingere. Primo si oratio sit male ordinata: vt dicitur nunc. ideo ait: qđ adhuc facit soloecizare: ⁊ reassignare: siue copulare indebite dictiones. si oratio sit inordinata: vt si nō ad iūgas ambobus: qđ congruit: vtrū quis diceret: sonum aut colorem: hoc quidem vidēs: hoc autē sentiens. Nam cū sentire sit quid cōmune ad sonū: ⁊ colorem: ille z videre non sit quid cōmune incertum est. vtrum sentire debeat referri ad sonū: vel ad colorem. ¶ Dein. c. d.

¶ Obscura autem si non apponēs dixeris mēsuris multa intermedia: vtrū puta. Factur⁹. n. erā multa: cum disputassem cum illo: hec ⁊ illa sic progredi: sed non debebam enim cum disputassem: deinde hec: ⁊ sic fiebant.

¶ Determinat de tertia incōgruitate sumpta penes compactionē. Oro enīz bene debz esse cōpacta: ita qđ inter nomē ⁊ p̄p̄lū verbū nō debēt esse multa intermedia. Ideo ait qđ obscura est oratio: si nō apponēs. i. cōiungens appositū supposito: si nō p̄ncipale verbū p̄prio nomini: sed eis ⁊ inferis. vtrū quis diceret. Facturus enī eras multa: tñ cū disputassem cū illo: ⁊ narrat hęc: ⁊ illa que disputabat: ⁊ sic progrediť recitādo magnā hystoria: ⁊ postea addit: sed nō debebā. Ista oratio est obscura: qđ inter facturus: ⁊ debebā: qđ est propriū verbū eius: sunt multa intermedia. Addit autē: qđ cū dicit eras aliquid facturus. Deinde subdit hoc: ⁊ hoc: que debebat facere: ⁊ qualiter illa fiebāt. Et postea addit vtrū velit illa facere: vel nō. Hęc etiā locutio est valde obscura: qđ iter nomē ⁊ v̄bū mltā iterunt.



¶ Dilatationē autē locutionis faciūt hec ratione vti pro nomine. vtrūta non cursum: sed planum qđ ex quali medio: ad abbreviationem autē cōtrariū pro ratione nomen.

¶ Postqđ p̄ha determinauit de elocutione quātū ad dispositionē eius. hic autē in parte ista determinat de ea quātū

ad ornatum ipsius: ornatu autē locutionis potest attendi in tribus. Primo quantū ad dilatationē: vt qđ sit breuis: ⁊ longo modo debita. Scđo quantū ad decentiam: vt qđ sit decens ⁊ cōueniēs auditoribus: ⁊ loquentibus: ⁊ etiam rebus: de quibus est ista locutio. Tertio huius ornatu attendi pōt quantū ad cursum ⁊ consonantiā: quod facit ad quandam locutionis venustatē: quā appellat p̄hs senia. Tria ergo faciunt: qđ pmo determinat de ornatu locutionis quantū ad dilatationē. Scđo quantū ad decetia. Tertio quantū ad venustatē ⁊ consonantiā. Scđa ibi. (Siue quātū ad armoniā.) Tertia ibi. (Decentia autē.) Quarta ibi. (Senia autē.) Circa p̄mū quattuor facit p̄m qđ quadrupliciter docet dilatare ⁊ abbreviare locutionē. Scđa ibi. (Et nō annectere.) Tertia ibi. (Et cuz cōiunctione: ⁊ illud autumatri.) Circa p̄mū duo faciunt: qđ pmo dat regulā ipsā. Scđo ostendit quō ea sit vtendū. Scđa ibi. (Et si turpe.) Dicit ergo qđ ad dilatationē locutionis facit: qđ p̄ noie vramur ratione. i. diffinitione: loco circuli ponamus superficiē planā: a cuius medio lineę ducte ad circūferentiā sunt equales. Si vero volumus abbreviare facinus cōtrariū vt pro rōne ponamus nomē. Sic enī abbreviābimus sermonē: qđ diffinitio datur per noia. diffinitū vero significatur vno nomine. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et si turpe: aut indecens siquidem in ratione sit turpitudine nomen dicere. Si autē in noie ratione: ⁊ metaphoris manifestare: ⁊ adiectiuos: cauere igitur id poeticum. Et id quod est multa facere: qđ quidem poete faciunt ex vno existente portu: tamē dicunt ad portus achaicos ⁊ protracte multarū ianuarū aperte porte.

¶ Ostēdit quādo debemus vti: ⁊ quādo non: qđ si turpitudine: ⁊ indecentia a diffinitione debemus vti noie: qñ vero ipsius nomē est turpe a diffinitione: vt per metaphoras: ⁊ per quēdas adiacentiā debemus illud manifestare. ita tñ qđ caueamus nobis: ne incurram⁹ in id: qđ est poeticū: ⁊ qđ plures faciamus metaphoras qđ deceat: qđ poete faciunt: vt enim ampulosa loqueť: loquit de vno: ac si loqueretur de pluribus: ⁊ vno existente portu illius ciuitatis. dicit ad portus achaicos: ac si multi essent portus: ⁊ illi dicunt protracte portę multarū ianuarū. i. apertione enīz intelligitur protractio. Cuz ergo porta hñs multas ianuas. i. habens multas particulas: cum aperitur de necessitate protrahit ociose. ⁊ poetice ibi addit pro tractio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et non annectere: s; vtrilibet vtrilibet ipsi⁹ vxoris eiusq; nostre. Si autem breuiter cōtrarium ipsius nostre vxoris.

¶ Dat scđm modū dilatationis ⁊ abbreviationis: qđ si volumus dilatare: nō debemus cuilibet mēbro annectere alteram partem: sed vtrilibz annectat vtrilibet: vt si duo homines se diligenter: si quis vellet dilatare sermonem: diceret tua sunt tua: ⁊ mea sunt mea ⁊ tua. Ideo cuz aliquis de amico suo loquit: ait ipse dñs ipsius vxoris ⁊ nostre: ⁊ sic etiā e conuerso: dici posset nos sum⁹ domini vxoris nostre: ⁊ vxoris eius. Si nollemus abbreviare: adderemus: cuiuslibz mēbro alterū membrū: ⁊ nō vtrūq; dicendo: amicius noster est dñs ipsius vxoris nostre: ⁊ nos sumus domini vxoris eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cum coniunctione dicere. Si autem breuiter sine coniunctione quidem: non autēz nō copulata: vtrūta progressus ⁊ allocutus progressus alloquebar.

Rhetori.

CDat tertium modum ampliationis et restrictionis discēs: quod si volumus dilatare sermonem: debemus proferre eum conjunctione: illi abbreviare sine conjunctione: quod oratio: que non est nisi copulata: id est que est copulata: est longa: ut puta si diceret: Progressus tallocutus: sed si proferat sine copula est brevis: dicendo: Progressus alloquebar. **C**Dei. c. d.

CEt illud Antimachi utile: de quibus non habet loqui: quod ille facit super Rbecinissus quod est quedam regio perflabilis: et modicus: et altus locus. Cre scilicet enim sic in infinitum.

Cponit quartum modum dilatationis. et duo facit: quia primo ponit dictum modum. Secundo dicit ipsum adaptabile ad bona et mala. Secunda ibi. (Est autem hoc.) Dicit ergo: quod ad dilatandum sermonem utile est illud Antimachi loquedo. id est ordinando sermonem nostrum pro negatiua: ille enim Antimachus sic faciebat: cum loquebat super Rbecinissum. id est illam regionem dicendo: quod erat quedam regio perflabilis. id est ventosa non quietata: et erat locus modicus. id est non magnus: et altus. id est inuis. Ista enim hec dicta affirmatiue: de bene exponi negatiue. Quod autem affirmatiue dicta sunt: culpa est translationis. Addit autem: quod iste modus augmenti cre scit in infinitum: in infinitum enim possumus dilatare sermonem describendo aliquid negatiue. Infinita enim possunt remoueri ab eodem. **C**Deinde cum dicit.

CEst autem hoc et in bonis et in malis quomodo non se habet utroque enim modo sit utile.

Costendit hunc modum esse adaptabile bonis et malis. Et tria facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo quod dixerat probat per signum. Tertio ostendit: in quibus acceptat talis modus. Secunda ibi. (Unde et nota.) Tertia ibi. (Acceptat enim.) Dicit ergo: quod describere aliquid quomodo non se habet id est ostendere aliquid negatiue est adaptabile in bonis: et malis: utroque enim modo. id est quocumque modo fiat: hoc sit utile. **C**Deinde cum dicit.

CUnde et nomina poete fecerunt non concordata et non lyrata melodiam ex priuationibus eius additiunt.

CManifestat quod dixerat per signum. Nam quod manifestatio negatiua possit esse bona et mala: signum est: quod poete: quorum est laudare et vituperare: et facere comedias et tragedias: si fecerunt nomina priuatiua. Manifestant enim aliquid per priuationem dicendo: melodia aliqua esse non concordata: non lyrata. In talibus enim addiunt manifestationem in priuationibus. **C**Deinde cum dicit.

CAcceptat enim hoc in metaphoris dictum proportionibus: ut puta dicere: tubam esse melodiam non lyratam.

Costendit in quibus est bene acceptabilis talis modus: et hoc dictum acceptans in metaphoris proportionalibus. Si enim aliquid negatiue manifestare volumus: proportionaliter debet hoc fieri: ut si volumus ostendere quid sit tuba: dicemus quod est melodia non lyrata. Lyratum enim est aliquid proportionatum melodie: stulte enim diceret tuba melodia non lyra. Sicut enim et inconfutibile non sunt differentie proportionales melodie.



Ecentiam autem habebit locutio si passio illata per aliquid sit et moralis: et rebus subiectis proportionalis.

CIn parte ista determinat de decetia orationis. Et duo facit: quod primo distinguit modos decetie. Secundo determinat de vno

Liber

quoque membro. Secunda ibi. (Quod autem proportionales.) Duo autem comparat ad tria. scilicet ad dicentem a quo est: et ad auditorem ad quem: et ad res: de quibus est. Tripliciter ergo decetia potest esse oratio. Nam respectu auditoris habet decetiam. si sit secundum aliquid passionum illatum: respectu dicentis habet decetiam: si sit moralis: respectu vero rerum habet decetiam: si sit rebus subiectis proportionalis. **C**Deinde cum dicit.

CQuod autem proportionales: si neque de ingentibus vtiliter ipse dicat: neque de rebus leuibus venerabiliter. neque super vilia nomina dicat ornatus. Si autem non: comedia apparet: velut facit Cleophon.

Silicet. n. quodam dixit: ac si diceret: honorabilis fies?

CDeterminat de vno quoque membro: quod tria membra premitit. Primo enim determinat de decetia orationis respectu rerum: que fit per proportionalitatem. Secundo respectu auditoris: que fit per passiones. Tertio respectu dicentis: que fit per mores. Secunda ibi. (Illatum autem passionis.) Tertia ibi. (Et moralis autem.) Dicit ergo: quod decetia orationis quantum ad proportionalia sit. si sermo sit proportionalis rebus: quare de ingentibus. id est de arduis non debemus loqui vtiliter et imunde: ut sonat alia ista: et de leuibus non debemus loqui venerabiliter. Nam super vilia nomina non debet dici ornatus: quod si hoc non fiat: apparet ibi comedia. id est locutio poetica: sicut Cleophon faciebat: qui de vilibus loquebat sublimiter. Et similiter quedam mulier volendo loqui de vilibus: ut de ficibus dixit: honorabilis fies. **C**Dei. c. d.

CIllata autem passio siquidem sit contumelia: irascens locutio. Si autem ipsa et turpis: moleste ferendo: et verendo etiam dicere. Si autem laudabiliter hylariter. Si autem miserabiliter miserabiliter: et in alijs autem silicet

CDeterminat de secundo membro: et duo facit: quod primo facit quod dictum est. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda ibi. (Persuadet autem.) Dicit ergo quod oratio habet decetiam ex parte auditoris: si modo debite sit passio illatum: ut si homo loquitur de contumelijs: loquitur modo irascitino. Si loquitur de impijs ac turpibus: loquitur ac si bulus dicta inferent sibi molestiam: et ac si verendum esse dicere talia propter abhominem. Si autem loquitur de laudabilibus: loquitur hylariter de miserabilibus miserabiliter. et in alijs similiter: quod semper debet se conformare passionibus: ad quas vult inducere auditores. **C**Deinde cum dicit.

CPersuadet autem negocium et ueniens elocutio paralogizatur enim tamquam ania quam uera dicere: quod in talibus se habet: ut putent: et si non se haberent quomodo qui dicit negocia ita se habere.

CManifestat quod dixerat ostendens talem modum esse decentem et competentem rhetoribus: rhetor enim intendit persuadere et aggenerare fidem et credulitatem in alio. Duo ergo facit secundum quod duplur probat: quod per predictum modum aggeneratur fides: et credulitas in alio. Secunda ibi. (Et simul comparatur.) Dicit ergo: quod conueniens locutio persuadet negocium id est reddit auditorem magis credibile: paralogizatur enim anima auditoris tanquam si loquens uera diceret: quod in talibus dato quod sic se non haberent negocia: ut loquens dicit: auditores tamen ita se habent: ut putent ita se habere negocia: quo modo se habet ille: qui dicit ea. Sicut enim loquens se habet in dicendo miserabiliter: sic auditores credunt uera esse miserabilia: que proponit: iudicant enim de dictis secundum quod credunt esse passionata facie dicentis. **C**Deinde cum dicit.

CEt simul cum patet qui audit semper eis: qui loquitur passionatiter: et si nihil dicat: propter quod

multi

multi stupefaciunt auditores tumultuantes.

C Adducat scđaz rationē: q̄ homo passionatus inclinatur vt credat s̄m passionē predominantē in ipso: r̄ q̄ audies semp̄ comparat̄ ei: qui loquit̄ passionate: dato q̄ loquens nihil dicat: r̄ nesciat persuadere: eo tñ ipso q̄ passionabilr̄ audiens comparatur sibi: r̄ inclinatur: vt credat que p̄ponit. **O** autē modus loquēdi iducat hoies ad passiones p̄: quia multi tumultuantes ex ipso tumultu stupefaciūt auditores inducēdo eos ad passiones stuporis ad quā ducti magis credunt qđ dicūt. Est ergo decenter se conformare passionibus: q̄ reddūt hominē creditiuuz: vt dupl̄r ostensum est. **D**einde cum dicit.

Et morales hec autē que ex signis ostensio assequit̄ vn̄cuiq̄z gñi r̄ habitui: que congruit.

Determinat de tertio mēbro: r̄ duo facit: q̄ primo p̄mit̄ nit qđ intēdit. Scđo exponit qđ dixerat. ibi. (Dico autē.) Dicit ergo: q̄ decentiā h̄z oratio ex parte dicētis: si sit moralis. Huius autē ostensio fit ex signis: vn̄cuiq̄z enī gen̄erū r̄ vn̄cuiq̄z habitui congruunt quedam signa: p̄ que dicens p̄t ostēdere se esse illius gñis: r̄ illius moris: siue illius habitus: si signa proferat cōgruentia illi habitui: r̄ illi generi. Est autē ista decentia vtilis: que non sufficit auditorem passionare: r̄ sermonē p̄portionalē rebus dicere: sed requirit̄: q̄ ipse dñs ostendat se per signa: q̄ sit boni moris r̄ boni habitus. **D**einde cum dicit.

Dico autē genus qđ s̄m etatē puer: aut: vir aut senex: r̄ mulier: aut vir: aut latro: aut **T**hesalus. **H**abitus autē s̄m quos qualis: quis vitā non enī s̄m oīum vitē habitus quales quedā. **S**i igitur facere morē: neq̄z similiter rusticus vltq̄z: r̄ eruditus dicat.

Manifestat qđ dixerat: r̄ duo facit: q̄ primo ostendit: q̄ diuersis generibus: r̄ diuersis moribus cōpetunt diuersa signa. Scđo dat quas dñs regulas gñales viles ad cōtem talem decentiā. Scđa ibi. (Parit̄ autē aliquid.) Dicit ergo: q̄ genus hoīum appellat̄ s̄m etatē ipsoz: vel s̄m sexum. Nam puer: vir: r̄ senex differunt s̄m etatē: mulier r̄ vir s̄m sexum: vel diuersitas generis p̄t sumi s̄m regio: nes: s̄m q̄ Latro. ille homo est vn̄ regiois: r̄ **T**hesalus p̄t referri ad diuersitatē progenitoz: q̄ aliquis est nobilis s̄m genus: aliquis nō. Subdit autē q̄ habitus appellat̄ s̄m quos aliquis est qualis. id est est bonus vel malus s̄m vitam: q̄ nō s̄m om̄nē habitū vitē sunt boni: ergo s̄z diuersitatem: r̄ diuersitatē generis insurgunt diuersi mores. **S**i igitur volumus facere: r̄ ostēdere morē per signa: quia ille: qui est alius generis habitū r̄ aliū morē habz: q̄ non eadez. **N**ec similr̄ dicit: qui est rusticus genere: sicut q̄ est eruditus r̄ nobilis: si volumus ostēdere esse eruditus: debemus sic viuere vt eruditi viuūt. **T**unc enim locutio nostra habebit decentiā ex parte dicentis: r̄ erit moralis: si ex his: que loquimur ostendimus nos esse boni moris.



Artuntur autē aliquid auditores r̄ illo: quo pro tpe vtūtur sermonū scriptores. **Q**uis enim non nouit que omnes sciunt. **C**onfiteatur enī audiens erubescēs quū participet quo quidem: r̄ alij omnes.

In parte ista inducit quedāz gñalia passibilia adaptari ad diuersas decentiās. **E**t duo facit: q̄ p̄mo facit qđ dictū est. Scđo specialr̄ nos instruit quomodo nos debemus habere in sermonibus passionibus. Scđa ibi. **A**dhuc at

a proportionibus. **C**irca primū duo facit s̄m q̄ duo documenta p̄ponit. **P**rimū est: q̄ pro loco r̄ tēpore debem⁹ loqui admiratiue. Scđm est: q̄ debemus loqui audacter. Scđa ibi. (Oportū autē.) Dicit ergo: q̄ si loquimur admiratiue pro illo tēpore: auditores patiunt̄ aliqd. **U**nde r̄ scriptores sermonuz. id est poetę: qui cōponunt sermones vtunt̄ admiratione pro illo tēpore: quo volunt passionare auditores. **Q**uid autē quid est sermo admiratiuus: r̄ quō per talem sermonē passionat̄ auditor. **N**ā si quis admira tiue diceret: quis nō nouit hec: que omnes sciūt: tūc passio natur auditor: r̄ erubescens p̄fiteatur se credere: vt scire illa quatenus participet eo: quo oēs alij participant: vt erudis est enī eū carere: qđ omnes habent. **D**einde cū dicit.

Oportune autē aut iportune vti cōe oīum sp̄erū. **A**chos autē in excessu: aut q̄ tumultuatur. oportet enī seipsum sibi conformare. **E**t dicitur enim verū esse: quomaz non latet loquētem quod facit.

Dat scđm documentū dicens: oportunū esse vti eloquio impotune. i. audacter: tēpore enī oportuno debemus audacter r̄ ipotune loqui. hoc enī est cōmune oīum specierū: r̄ omni specie: r̄ omni decentiē: q̄ in omni excessu cuius aliḡ tumultuat̄. i. cū audacter loquit̄: habz ibi esse achos id est cōgruentia. **O** autē ex audacia tēpore oportuno cōsurgat cōgruentia patz: q̄ opz hoīem seipsum cōformare sibi audacter loquēdo: q̄ tūc videt̄ esse verū qđ dicit: qñ non latet loquentē qđ facit. i. qđ dicit. **Q**ue enī audacter loquimur: videmur illa scire: p̄pter qđ videmur illa loqui potissime vera dicimus: in his que scimus: r̄ nō latet nos. ignorans enī cām aliter vera dicit. **S**i ergo audacter vera loquimur: videmur habere scientiā eozum: que dicitur. **D**einde cum dicit.

Adhuc autē a proportionibus quidē non oībus simul: vti ita enī subripitur auditor. **D**ico autem. puta si nomina non dura: sicut r̄ non vocit̄: r̄ faciei r̄ congruentibus.

Docet quomodo nos debemus habere in sermonibus passionibus. **E**t duo facit: q̄ p̄mo ostendit quō debemus nos habere: cū auditores sunt ipassionari s̄m q̄ sunt ipassionati. Scđo put sunt in passionato eē. Scđa ibi. (Et tūc habuit.) **C**irca primū duo facit: quia p̄mo p̄mittit cōgruentiā ipsam. Scđo manifestat qđ dixerat. ibi. (Si autē non.) Dicit autē: q̄ anteq̄ auditores sunt in passionato eē: si volumus eos passionare: nō debemus vti simul oībus p̄portionalibus: que possunt eos passionare: q̄ si hoc fiat: auditor subripit. i. hebetat̄: r̄ nō suscipit sermonē. vt puta si nomina sint dura: talia non debent proferri voce mollē sed facie hyllarline reputet̄ ficticiū: quod dicit̄: ita r̄ cōgruentibus debēt admisceri: ne obstupefiat auditor. **D**uo ergo sunt attendenda cū proferimus passionalia: vt cum dicimus dura: quia debemus proferre dura facie: r̄ dura voce. Scđo debemus ea p̄portione cōgruentibus p̄portionibus: vt nō simul proferamus ea: ne hebetetur auditor. **D**einde cum dicit.

Si autē non manifestū sit vnū qđq̄z qđ est. **S**i vero hoc quidē: hoc vero nō latebit: facies idēz. **S**i igitur mollia rigide: r̄ dura suauer dīcantur: impersuasibile fit.

Manifestat quod dixerat. cōtinuet̄ ergo sic. **I**ta dixi: q̄ dura non debent dici molli voce r̄ molli facie: q̄ si hoc nō fiat: vnū qđq̄z erit manifestū s̄m q̄ est. id est ex modo **E**gi. sup̄ **R**berto. **A**risto. 3

Rhetori.

dicendi non aggenerabit fidem: et ex dicente non pugnabit quod si in se. imo forte minus. **C** Notandum autem quod idem sermo prolatus ab uno propter modum dicitur magis valoris: platus ab alio videtur parui. Tunc ergo facit homo valere sermonem etiam viles: cum illi taliter pronuntiat quod lateri vilitas eius: et videtur magni ponderis ex modo dicentis. Ideo subdit: quod si hoc. id est durum proferat dure. hoc vero. id est mole proferatur non dure: facies idem quod intendis: et persuadebis: et latebit virtus illius sermonis: quod creditur maioris virtutis quam sit. Ideo subdit: quod si mollia rigide et dura suauiter dicantur: imperuassibile fit. **C** Deinde. c. d.

C Nomina autem dupla: et adiectiua plura et extranea maxime congruunt loquenti passionabiliter. Indulget enim irato malum manifestare prolixiter: aut immensum dicere.

C Dat scdam congruitatem: quia cuius volumus passionare alios debemus loqui per noia dupla rei reiterando sermonem nostrum: addendo plura: et extranea: quia passionabiliter potissime congruit loqui magna et extranea: et est ratio: quia indulget irato manifestare multum prolixiter: et dicere immensum. id est excedere aliquo modo in loquendo. **C** Deinde cum dicit.

C Et cum habuerit iam auditores: et fecerit extra se inuebit: aut laudibus: aut vituperijs: aut iras: aut amicitia: velut et Socrates facit in festinatione in fine.

C Ostendit qualiter nos debemus habere cum auditores sunt in passionato esse. Et duo facit: quia primo premitit documentum. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda ibi. (Sama autem.) Et sententia continetur sic. Dedi documentum quo quis debet auditores passidare. sed cum habuerit auditores iam passionatos: et fecerit eos extra se: de eos inuebit. id est deniare: ut hinc alia littera: et inducere eos ad laudes: vel ad vituperia: vel ad iras: vel ad amicitia: sicut faciebat Socrates in quodam ludo festinati. id est in fine illius ludi inducebat ludentes ad quod volebat. **C** Deinde cum dicit.

C Sama autem et sententia: et qui perdurauerit loquuntur talia rapti. Quare et acceptant videlicet similiter habentes: propter quod vti poesi. diuinum enim poesi. Aut ita sic opus: aut cum ironia: sicut Sogrias faciebat. Et ea que in phedro.

C Manifestat quod dixerat: videtur autem alicui impossibile quod auditores passionati possent iduci ad libitum. Sed hoc non est inconueniens: quia per sermones quis abstrahit: et alicui: et ponit extra se: propter quod est facili duci. Ideo ait: quod cum auditores perdurauerit in passione: appetit eis fama: et sententia. id est fatua et opinatiua: quia rapti loquuntur talia. ideo auditores per sermonem habentes similiter sicut rapti et abstracti: quod quid eis dicitur acceptant. Vel per famas et sententiam possumus intelligere laudem. unde alia littera loco huius habet laus. Est enim laus quid famosum et desideratum: semper communem sententiam: auditores autem: quia rapti sunt omnem sententiam laudant: et quicquid eis dicitur approbant. ideo cum talibus congruit vti poesi. poetica enim in sibi adherentibus continet quid diuinum: in se tamen est truphatozia et yronica. Sic passionati sententia: que in se est truphatozia et fatua: laudant quasi quid diuinum. ideo addit: quod yronice opus nos habere ad tales: sicut Sogrias docuit in phedro. id est in illo suo libro.



C Tema autem locutionis opus neque metricum esse: neque sine ritmo.

C In pre ista determinat de ornatu locutionis:

Liber

qui de personantia: siue scema. Scema enim grece imago vel figura interpretatur: et quia imago in quadam representatione et consonantia consistit ornatus ille: qui ex clausula et consonantia dictionum sumitur: scema et imago dici potest. Circa hanc autem partem duo facit: quia primo premitit quod intendit. Secundo exequit de intento ibi. (Hoc quidem enim.) Dicit ergo: quod scema. id est ornatus ille: qui dicitur consonantia locutionis rhetorice est: quod oratio non sit metrica: et non sit sine ritmo. **C** Deinde cum dicit.

C Hoc quidem enim non per suassuum. Fictum enim esse videtur.

C Manifestat quod dixerat. et duo facit semper quod duo dixerat atque manifestat. primo enim ostendit: quod oratio rhetorice non debet esse metrica. Secundo quod debet esse penitus super ritmo. Secunda ibi. (Oratio autem sine ritmo.) Circa primum tria facit: semper quod tres rationes adducit ad propositum. Secunda ibi. (Simulque et distrahit.) Tertia ibi. (Sic igitur personibus.)

C Prima ratio talis. Illud quod est fictum non est per suassuum sed huius. id est eloquii metricum videtur esse fictum et compositum non est per suassuum et rhetoricum. **C** Deinde cum dicit.

C Simulque et distrahit. Attendere enim facit ad sententiam quando iterum veniet.

C Ponit secundam rationem: quia huius eloquii metricum maxime si sunt versus leonini distrahit mentem hominis a sententia verborum: et facit eam intendere ad voces: est enim intentus: quasi iterum veniet simile. id est quasi veniet concordantia: sed persuasio non fit ratione verborum: sed ratione sententia. igitur talis sermo non est per suassuum. **C** Deinde cum dicit.

C Sicut igitur preconibus preaccipiunt pueri que eligunt procuratorem: quia absoluit Leon.

C Ponit tertiam rationem ad idem: que est per simile: quia sicut preconibus quasi precones annunciat: quem populus elegit in procuratorem: quia absoluitur Leon: tunc si tale preconium dicat metricum: et per consonantiam pueri preaccipiunt illam consonantiam: et clamant quod impeditur vox preconis: et distrahit vox audientium. Sorte sic erat presertim apud grecos quod cum vox preconis finiebat in. o. oes pueri propter consonantiam preaccipiebant illud: et clamabant. o. et non permittebant mentes astantium esse intentas dictis preconibus. Sic iuppiter: quod consonantia non permittit mentem esse intentam ad sententiam dictorum. ideo est imperuassua. **C** Deinde cum dicit.

C Quod autem sine ritmo determinatum. oportet autem esse quidem terminatum non metro autem. Indelectabile enim et scibile quod indefinitum.

C Probat scdam partem: et duo facit: quia primo ostendit orationem rhetoricam non debere carere omni ritmo. Secundo distinguit species rhythmorum: ut ostendat: de quo ritmo intendat rhetor. Secunda ibi. (Bene rhythmatarum.) Circa primum duo facit: quia primo premitit quod intendit: et assignat causas dicit. Secundo dicit: quod dicitur modo videtur rhythmus poetica id est rhetorica. Secunda ibi. (Terminant autem numero.) Dicit ergo: quod oratio rhetorica non debet esse sine metro: et sine omni personantia: quia tunc esset quid indeterminatum. opus autem eloquii rhetorici esse quid determinatum. Sed non opus quod vti et exquisito et eleganti metro: quia tunc esset quid poeticum: terminatum enim esse dicitur si esset indefinitum: esset indelectabile: et non scibile. **C** Notandum autem quod rhythmus: siue consonantia: qua videtur rhetorica communi nomine appellatur cursus: opus enim aliquod cursus aliqua armonia habere sermonem rhetoricum: sed non sicut sermo poeticus. **C** Deinde cum dicit.

C Terminant autem numero oratio: numerus autem scematis elocutionis: rhythmus enim cuius et habere